Praterea quoad scopum totius tractationis, quam hoc Cap. contineri diximus nuper, admisimus, non aliam in eccl*esi*a doctrinā debere proponi, quām de qua ministri hoc ipsum verē posse dicere, quod non ipsorū & ex proprio cerebro enata sit, sed Deum authorem habeat. Quia enim eccl*esi*a Dei domus est, nefas fuerit, aliam in ea vocem audiri, quā veri illius patris familiās, quia ipsi filii sui unigeniti & dilectissimi sanguine acquisi*t*ui. Dei ergo verbū solū doceri debet, quod n*on* in Testamento libris ex spiritu sancti suggestione prophetarū & apostoli comprehendenterunt, nec autoriterentur, qui vel suas vel aliorum traditiones proferunt. Has enim iam olim Deus una sententia iugulauit, quando se frustra ab iis coli dixit, qui hominum doctrinās nituntur. Sunt hae testimoniū infinitis confirmata, ea tamen est, nostri seculi infelicitas, ut multi non sine graui scripturae iugnominia doctrinas falsas inuehant, quas hoc uno arguento tuentur, quād scripturi non omnes fint comprehensa, quae ad Dei cultum & nostrā salutis rationem faciunt. Et ne hoc absq*ue* ratinēt, cere videantur, Christi verba allegant, qui infra discipulūs dicit: Adhuc multa habeo que vobis dicam, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille, qui est spiritus veritatis, introducatur in omnem veritatem. Item: Hoc locutus sum vobis apud vos manens: Paracletus autem ille, spiritus sanctus, quē mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggesteret vobis omnia, quod dixi vobis. Addunt his quod Paulus in posteriori ad Thessal. script: Itaq; fratres stat, & tenet traditiones, &c. Ex quibus omnibus colligunt, neq; Christum omnia corām docuisse apostolūs, multa sibi reseruasse suo demum tempore reuelandā, neq; apostolos scriptūs mandasse quacumque & obseruatu necessaria sunt, sed quedam traditionibus quasi per manus acceptis continerunt, quām non minor debeat esse authoritas, quām eorum quā scripta sunt. Hoc autē principio constitutum traditionem apostolicam esse clamant, quicquid scripturis non potest probari. Sed facilē est ad hanc respondere. Et de Christi quidem verbis suo loco fui*s* dice*r*ur, nunc sufficiat annō aū*s*se, quod primum à Christo promissum apostoli undecimo statim ab ascensione die accepérūt, & quod n*on* nūdū docere, sed prius auditū & male seruata denuo suggerere debuit. In Christi ergo doctrina ostendit illi ea, quā traditionum nomine venditant. Deinde ut demus multa tradidisse apostolos, quae ad verbum libris eorum continentur, ea tamen vel conuenient ipsorum scriptis, vel aduersarii, conuenient, penes nos est victoria: si discrepant, nos ab eodem Christi spiritu illa profecta est expungimus, quando impossibile est spiritum veritatis sibi ipsi contradicere. Sunt ergo isti non impinguū modo, sed in fideles Christi apostolos & spiritū sanctū inuiri, quando bilingues fingunt horum, ut suam in eccl*esi*a tyrannidem tuerintur. Sit ergo firmum ratumq; semper principum hoc, nulla doctrinam debere recipi, nisi quā Deum authorem habeat: qui cum in scripturis nobis loquuntur, ad has ceu Lydiū lapidem omnia examinemus, neque nos ad incerti auctoris traditiones renuntiamur.

Christus doctrinā suam examinari vult.  
Ceterū hoc illo dicente, objicere poterant: Tu quidem te à Deo missum esse aīs, & doctrinā tuam pro diuina venditas. At qui idem antebac fecerunt multi, qui suis mendaciis nobis maximorum malorum autores fuerunt. Et quia in hoc casu verum à falso discernere difficultate est, non opinor nos accusab*it*, si contemptis & relictis omnibus nouatoribus, antiquis patrū restigis nullius, &c. Adhac igitur & alia eiusmodi responderet Dominus his verbis: Si quis voluerit voluntate eius facere, cognoscet de doctrina, virum ex Deo sit, an ego ex meipso loquar. Habent bacca*ti* eius optimè sibi conci*ci* euident argumentum. Primò enim liberum facit omnibus, ut in doctrinam suam inquirant, adeoq; ut istud diligenter faciant horuntur. Deinde talem esse ostendit, ut facile cognoscatur, qualis sit, modò animos erga Deum p*ie* affectos afferant. Et sunt hac duo nobis non electi consideranda. Nam primum aduersus eorum tyrannidem nos Christus instruit, qui fidei aliena dominari cupiunt, & doctrinas quasvis nullo adhibito diligenter examine recipi debere contendit. Cuius sententia hanc solam rationē habent, quād res ista sanctior & abstrusior sit, quām n*on* à qua*m*

ius à Deo appri-  
magna cum la-  
que ipsi infi-  
dum sua pia-  
periculū adven-  
es nuper, admis-  
n vere possumus  
Quia enim mis-  
amītā, qui ipsa-  
bet, quod rati-  
derunt, nec eis  
eius rna senten-  
mt hæc testimoni-  
ui scripture fac-  
i ipsius non em-  
oc absq; ratimē  
abeo que rati-  
tis, introducer-  
us autem illi, q-  
vobis omnia, q-  
tres state, & m-  
cussisse apostolū  
se quacunq; regnū  
conseruerit, q-  
ipio cōfūntur, n-  
d facilius est al-  
tauisse, q-  
quid q-  
quid q-  
dōctrina omittat,  
apostolū, q-  
el aduersari.  
profeta q-  
isti non impo-  
tingent homines,  
ipum bec, q-  
nobis q-  
r adiutoris rema-  
ais, & dōctrinā  
is nobis maximo-  
scillimē est, ven-  
rū refugit, nō  
voluerit voluntate  
Habent hæc animi  
in dōctrinam suam  
re facile cognoscere,  
vobis non obstat  
qui fidei dura de-  
dere contraria, q-  
quā vī agnoscere  
mītū

ineffigie vel posse vel debeat. At longe aliter hī Christus sentit, cū vulgo loquens indocto, omnes ad sū doctrinā cognitionē excire. Et idem infra Cap. 10, hoc oīibus suis tribuit, quod inter ve- ri pastōris & impostoris mercenarij uocem probē discernere possint. Quo etiam Apostolica illa p̄cepta referri debent, que huius Sermonis initio adduximus. Vehementer ergo & perniciōse errant, qui supino & nimium seruili animo p̄aditi s̄e circunduci patiuntur, & sua simplicitate se excusa-  
to: putant coram Deo, etiam si à veritatē scopo longissime aberrent. Fallūt hi seipso, dum culpam  
erroris omnem in huius auriboribus hærente putant. Et si enim grauior illorum culpa sit, non tamen  
omnino immunes sunt, qui diuini precepti immemores somnia quævis sequuntur: & notum est illud  
Christi: Si cœcus caco dux fuerit, ambo cadu in foueam. Multi tamen detestabilior est eorum ty-  
rannus & impudenter, qui suas tradiciones examinari nolunt, adeo q; sibi in ecclēsia maiorem potesta-  
tem, quam ipse Christus, vendicant, qui vt suam doctrinam probent, hortatur. Rursum igitur hoc  
indicio s̄e prodi Antichristi spiritus, qui se supra Deum ipsum extollit.

Sed videamus, quo animo nos ad istud exāmen doctrinarum accedere oporteat. Eo nimurum, Qui nam ad do-  
quiam penes se constituerit Dei voluntatem facere. Ita vērō animum vēri pium, & ad omne obse-  
crare exāmen quām Dei propensum, neq; vīlis cupiditatibus prauis subiectum describit. Habet vī sibi coniunctū sint idoneis  
descendi studiū, cum non obscurè experientur, quām multa sint, que nos à vere obedientiū officio  
anocare possunt. At qui talem animum nunquā concipiēmus, nisi abnegatio p̄cedat, qua sit, vt af-  
fectibus nostris longum valere renuntiemus. Qui vero ita affecti sunt, eorum studiū nequaquam fru-  
strarū Deus, & ne perniciōse aberrent, aut in errore perseverent, spiritu suo eos illuminat, vt mox  
intelligant qualis dōctrina sit que proponitur. Dum autē ista Iudeus dicit Christus, simul innuit: ip-  
so a pietatis studio alienos esse, & proinde ipsorum culpa fieri, quod ex sua dōctrina tam parū buc-  
nū proficeret. Itaq; debent hæc ad nostra etiā tempora referri, & mos apparebit, cur hodie euange-  
liū nullo feret cum fructu, aut saltem tam exiguo p̄dicitur. Ideo nimurum, quod pauci sunt, quo-  
rum animos verius timor Domini & pietatis sensus tangat, & qui de facienda Dei voluntate se-  
riō cogant. Regnat enim apud omnes ordines impia illa securitas, quam nouissimorū temporū homi-  
nū scripture tribunt. Et qui studiū religiosi profertur, simul tamē animi improbitatē aper-  
tione, dum in dubium vocant fidei & salutis nostrae mysteria, & ex argutiū speculatiōnibus lau-  
dem sibi querunt. Conqueruntur idem sape, se quidem ad verum Dei cultū propensos esse, sed in cot-  
tamq; acerbis concrationibus verameius rationē videre non posse. At si animo p̄aditi sunt, cur  
non in iis rebus suū Deo obsequium p̄stant, in quibus nullum est de eius voluntate dubium? Cur  
scortantur, mechātū furantur? Cur leges publicas pervertunt? Cur viduas & orphanos affligunt?  
Cur militiam mercenariam sc̄lantur, et ob vilē pecuniam sanguinem innoxium fundunt? Num  
ista quoq; Dei legibus aduersari ignorant? Non equidem arbitror. Vel cur in multis alijs ingenij  
acumen tam feliciter exercent, que magis perplexa sunt et intricata? Omnibus ergo illis ex Christi  
verbis responderi potest: Si diuinā voluntatis studiū & vera pietas vobis corda effet, facile videre  
tū, vīram dōctrinā euangelij ex Deo sit, an ex seipso loquantur, qui istam hodie in lucem reduxe-  
runt. Quod cum videre nolitis, voluntaria hæc est ignorāntia vestra, & non tam ignorantes rerum  
quam impos & prophanois religionis totius contempnentes vos esse proditi, &c.

Pergit autem Christus, & ne suspenso diutius teneat simplicis vulgi animos, notas subiicit, qui Note, quibus  
boni vīri doctores à falsis discerni, & vīri agnoscere possint. Qui à semetipso (inquit) loquitur, gloriā ueri doctores  
proprium querit: Qui autem querit gloriam eius, qui misit eum, hic verax est, & iniustitia in eo nō à falsis discer-  
tūt. A semetipso loquitur, qui sui cerebri figura p̄fert, & hanc quasi definitionem ponit falsi do-  
ctorū. Quia enim homo animalis non percipit ea que sunt sp̄ritus Dei, & insuper (vt David ait)  
omnis homo mendax est, fieri non potest, vt de diuinis & coelestibus aliiquid veri dicant, qui suis op-  
positionib; ducentur, nec diuinus sunt illuminari. His tribuit, quod docendo suam gloriam et priua-  
tum commodum querant, & ex eo p̄ impostoribus agnoscendos esse monet. Illis autem eos opponit,  
qui contempta gloria sua priuata, solius Dei gloriam prouehere student, & eos veraces & ab iniusti-  
tia alienos esse ait. Debet autem iniustitia vocabulum ad presentem causam restringi, vt sensus sit,  
eos nihil dolo malo vel fraudulenter agere, sed fidi legati officio ingenuē fungi. Possunt autē ex istis  
verbis tres nota colligi, que nos de doctoribus & doctrina iudicare docent. Primo missio nō. Missio.

nem facit, quam omnino legiūmam esse oportet. Quomodo enim prædicabunt (inquit Apostolus) misi fuerint? Est autem missio duplex. Alij immediate à Deo mittuntur, ut olim propheta plures quos cœsanibus in suo officio sacerdotibus Deus extraordinariè excitauit, & deinde Apostoli, qui ipse Dei filius nihil tale cogitantes vocauit, & postea donis instruxit necessarijs, ut ad euangelium in toto orbe diuulgandum emitterentur. Et ea ratione in vitroq. testamento aliquos mitti oportet, ut omnibus constaret, Deum ministerij huius esse auctorē. Alij secundum canones in scripturam editos ab ecclesiis ordinantur vel mittuntur, quales erant, quos Titus in Creta ad verbi ministrum destinauit, & plures alij, quos simili modo Apostoli & viri Apostolici vocauerūt. Et tales ministris minus quam priores illi pro legitimis ministeriis habebantur, eo quod ad Deum ipsum recte reformandū secundum illius præscriptum ex fide & religione fieri conjueruit. Ideo manūs impositiones ab ecclesijs publicē cōmendabantur, ceremonia nimis ex sacrificantium more petita, ut illos Deum servatos & eius ministros esse omnes intelligerent. Si qui ergo nec à Deo immediate, nec ab ecclesiis ministris aut ordinati sunt, sed ipsi se intrudunt temere, iij impostores, in modo (ut infra Christus queatur) fures et larvones sunt, qui per aliud ostium ingressi gregem perfide populantur. Alterum doctoris nota est, quod non ex semetipso loquitur, sed à Deo accepta & cōmissa proponit. Ratione huī supra addiximus, quia ecclesia Dei dominus sit; sed idem etiam legationis ratio postular, quia ministris aut doctoribus cōmissam esse, Paulus testatur, cum ait: Nomine Christi legationes sumus, velut Deo preante per nos, oramus Christi nomine, Reconciliemini Deo, &c. Ergo beneficiis nihil de suo affingere, nihil etiam omittere, sed bona fide proponere quā in mandatis accipit. Ita hoc à ministro ecclesia cumprimis exigitur, ut Dei verba pure & fideliter predicit, & negligiā neq. in odium alicuius quicquā vel disimulet, vel loquatur. Ad hoc mandatū olim prophetas Deus obstrinxit, ut videre est Jerem. 1. et Ezech. 3. cap. Apostolis quoq. nō liberis facit, ut profanatio nouū doctrina genū confingant, sed ea vbiq. terrarū prædicare tubet, quae ipse eis tradidit. Quid tanta cura & fide illi obseruarunt, ut Paulus se anathema dicat fore, si aliud evangelium diceret, & ne angelo quidem aliud docenii credendum esse moneret. Ergo falsi doctores & impostores sunt, qui ex suo cerebro nouā dogmata fingunt, aut hominum aliorum traditiones exhibent, obrudunt. Solent illi Parres & Concilia semper in ore habere. At quō magis ista tonant, in nos produnt se malæ fidei legatos esse, nisi scripturis sacris ea consentire doceant, que patrum & conciliorum autoritate probare volunt. Tertia boni doctoris nota est, si non suam sed Dei gloriam rat, & hunc suā doctrinā scopum sibi habeat præfixum, ut unus & solus Deus ab omnibus cognoscatur, timeatur, ameritur & colatur, sicuti ipse nobis præcepit. Itaq. seductores erunt, quicunq. habitationes alteri instituunt; & quemadmodū perfidie legatus fuerit, qui rei publica nomine ad regna conficiendas abutitur: ita perfidiū in domo Dei dispensatores sunt, qui ubi eius prætextu primū cōmodū & gloriam querunt. Sunt haec nota tam manifesta & certa, ut nemo tam simplex, tam non eas obseruare, & ex ijs de quorū doctore iudicare possit. Transferamus itaq. eas ad nostrū cali antis̄lites, qui primum sibi in ecclesia locum vendicant, & mox patebit, quo loco haberi debent. Primo enim se à Deo missos esse nunquam probare poterunt, quando constat sacerdotium illud quod maxime gloriatur, à Deo non esse institutum: ut iam de primatu nihil dicamus, cuius ambiguum affectationem in discipulis Christi socios & tam graueriter reprehendit. Gloriatur quidem Apostolorum successione, sed plus quam siculneum, hoc est præsidium. Nec enim de eo agitur, quoniam quibus ex ordine successerint, aut vbi locorum sibi suas sedes constituerint: sed de doctrina, de cultu Dei & fidei mysterijs controverſia est, quam ex Apostolorum scriptis, nō inani successione gloriatio dirimi oportet. Deinde si doctrinam examines, maxima eius pars hominum traditionibus conflictat, & licet aliquem in ecclesia scripturis locum reliquum fecerint, easdem tamen priuata interpretationi subiiciunt contra Petri Apostoli admonitionem, quando verum illarum sententiam non aliter quam ex scrinio cordis Pontificij petendum esse clamanti. Quid quid Monachorum regulas confixerunt, & infinita alia, quæ scripturis palam contradicunt? Quid si finem & scopum illorum confideres, sua illos querere videbis, ut nimis malis artibus quæstam tyrannidem peioribus manatur. Si enim gloriam Dei querunt, cur ad Diuos remittunt & hos inuocare docent? cur Christiani rito derogant, dum peccatorum expiationem in Missa sacrificio, purgatorio igne & nostra facili-

2. Doctrina à  
Deo tradita.3. Glorie Dei  
studium.

## 2. Pet. 1.

uit Apostoli? cur conscientias legibus abs se confundis grauant & excruciant? cur imaginum cultum defendant, quas zelotes ille Deus tantopere abominatur? cur sibi omnem potestatem in ecclesia vendicant, & ad pedum suorum oscula reges & principes invitant? cur deniq; piorum gemitus, lacrymas, clamores, tot iam seculis liberationem petentium, surdes auribus praeterirent? Imo cur regum armis ad eos opprimendos abutuntur, quos sua tyrannidi aduerari vident? Negent ista fieri, si possunt. At negari ista non possunt, cum res ipsa loquatur, & tamen adhuc quid fieri debeat, consultamus? Sed fugiamus o fratres crudeles & astros lupos, sequamur autem verum pastorem Iesum Christum, qui in Prophetis & Apostolis loquitur, & ita salutis aeternae in illo consortes erimus. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

## HOMILIA LXI.

Nonne Moses dedit uobis legem, & nemo ex uobis factis praestat legem? Quid me queritis interficere? Respondit turba, & dixit: Dæmonium habes, quis te querit interficere? Respondit Iesus, & dixit eis: Vnum opus feci, & omnes miramini. Atqui Moses dedit uobis circumcisionem (non quod ex Mose sit, sed ex patribus) & tamen sabbato circumciditis hominem. Si circumcisionem accipit homo sabbato, ut non solvatur lex Mosis, mihi indignamini, quod totū hominē sanum fecerim sabbato: Ne iudicetis secundū aspectū, sed iusto iudicio iudicate.

Dominus noster Iesus Christus nuper doctrinā sua rationē reddidit, et argumentis evidenter facit, ut profiteatur ei in tradidit, ad euangelium quoque si doctores & adiutoria eius adiungunt, et magistrum patrum & consilium Dei gloriam omnibus cognoscatur, quicunque facilius nomine ad se perirent, et arcessu primaria simplex sit, et eas ad nobis haberi debeat, et dotum illud, cuius amboque tradidit, ut quidem Apollonius ageret, qui non doctrina, de causa accessionis glorificationis tradidit, sed priuata intercessione non alius sensum non alium in regulas constituit, et non illorum temporum peioribus tamquam cur Christiani & nostris dicitur.

Intraueniuntur. Nonne Iosse (inquit) dedit uobis legem, & nemo vestrum factis praestat legem? &c. Intransgressores interrogatione eos virgat, ut quasi proprio testimonio cōvincantur. Emphasis autem est in dictione vero esse conuincit. Hac enim illorū confidentia perstringit, qua elati lege perinde ut suo peculio superbiebat, quasi ipsi solo esset dux. Eò enim turpior erat ipsoū improbitas, quando legē hanc nihilominus transgrediatur. Sensus itaq; verborū est: Iniqui et iniusti nimium sunt, qui cum ipsi leges, quas ad se cum primis pertinere aiunt, transgrediantur, in alios rigidius animaduertunt. At vos hoc facere, negari non posst. Cum enim Moses legē uobis dederit, et vos hāc ad vos potissimum pertinere gloriemini, nemo tam inter vos reperitur, qui eam factis praestet, & se ei in omnibus obsequentiē præbeat. Quid ergo me queritis interficere? Id est, quae haec est vestra iniquitas, qua me ob leuiculū crimen, de quo non satis abducet, occidere conamini? At legis transgressores esse dicit Iudeos, non modò quod ipsi nec malirent, sed quod ea esset omnium improbitas & corruptio, ut in multis singuli peccarent, nec quisquam reperiatur, qui omnia vere præstaret, que in lege præscribuntur. Patebit hoc nimis evidenter, si ad verum legis sensum, quem Matthæi quinto Capite tradidit Christus, homines omnes examinemus; ex quoru; numero Iudei eximi non possunt, cum innumeris exemplis se reliquis gentibus deteriores esse demonstrarint. Videtur autem argumentū populare magis quam firmū esse.

C A P. V.II.

## IN EVANGEL. IOANNIS

neq; multum ad Christi defensionē facere. Nam & vulgo improbatur qui aliorū delictis sua vel excusare volunt: neq; firmū satis aut ratum est hoc principiū, quod aliorū scelerā nemo reprehendere aut punire debeat, nisi ipse omnino innocens & ab omni transgressionis labore alienus sit. Quia hoc statuamus, mox disciplina omnis cum ecclesiastica tum politica coruerit: quando nemine in licet, qui nō in multis peccet, & cui non sua quoq; delicta exprobare possint iij, qui ab ipso corruptur. Ceterū, si cum ipso Christo totū banc causam & omnes eius circumstātias consideremus, nullū reūtū & cūvenienter dici potuisse apparebit. Prīmō enim insens planū erat ipse Christus, nec eius sceleris cūvinci poterat. Licebat ergo ei aliorū improbitatē liberē accusare. Deinde publicatū ī ratio postulabat, ut aduersarij suis larvā destraheret, qua iniustitia suam et tyrannidē paliore solebant, cum legis vindicēs videri vellent, qui non alio instituto Domini persequerentur, quam vi Deo suam gloriā vindicarent, quam ab ipso pollui & cōculari dicebant. Et quia malitiae re officium facere videbantur, publicē demonstrari oportuit, eos nō Dei zelo moti, sed effectu paucū abripi, & Christo priuatas ob causas præter omne meritum infensos esse. Est h̄c memoriū exemplū, quo docemur, eos publicē argui debere, qui sub prætextū zelū sancti & religiosi veritatis doctrinā & huīus settatorēs opprimere stident. Est h̄c vulgare nimis, & confusum seculorum persecutoris priuatis suis effectibus publica salutis studium & zelum gloriae prætexuisse. Et hinc ferē fit, quod nebulones isti plurimū proficiunt, quando pleriq; ipsorum non possunt obseruare, & illos non malo animi instituto impelli arbitrantur. Vero ergo implorūt errorē liberentur, & piorum salutis præficiatur, in lucem illos protribuētēs est. Habet hoc animo & sim magnū nōst̄o seculo. Audientur enim pessim horrenda crimina, de quib; nos aduersarij nostri accusant, qui scripturā & sacra libros falsis interpretationib; per nos corrumpti, sententiā prophani. Diuos contemni, ordines ecclesiasticos confundi & incelsis connubijpollū, duplinam enim aboliri, opera bona in contemptū adduci, adhac pacem publicam turbare & iniquitatem omnia miseri dicunt. Et de his quidē ita conqueruntur, ut qui eos non nouū, vniuersitati & gloria Dei studiosi simos esse iuret. Sed facile hæc crimina diluvuntur. Iniuriam enim nobis res ipsa docet. Quis autem istorum hominum zelus sit, quoniam efficiūt ducantur, ipsorum dogmata, penitentes, mores & totius vita ratio abundē testari possunt, et nemo nostrum verbum faciat enim serio ista lequuntur, cur ipsi scripturas detribunt, & fruſtilatim disceptas proponunt, ne quis illas legat interdicuntur. Cur peregrinis potius linguis quam vernacula in ecclesijs videntur? Cur sacramenta partim mutant, partim suis additionib; obseruant, & plane aliaredunt? Cur eadem in alienis suis devorantur? Cur Diuorum doctrinam hæresin dicunt, & eandem ferre aquigne persequuntur? Cur non ipsi suum clericum (ut loquuntur) in officio continent? Cur ecclesiā antistites, menachos item & moniales scortari & mæchari sinunt? Cur ad stupra, ad abortus, venenos & paricidia connivent? Cur in deestlandū Sodomia scelus non maiori ferueritate animaduertunt? Cur carnificiūrum obscenos lusus, encaniorum lascivios conuentus & quæ sub religioni nomine designantur sceleris non coercent? Cur deniq; sceleratis omnibus patrocinantur, modo Romanis ecclesijs primatum agnoscant? Cur subditis coniurationum & seditionum auctores sunt adiutorios magistratus, quos ad libertatem Christianam aspirare vident? Atqui omnia ista fieri illi patim in flagitioribus, partim ad ea connivenientibus, nemo est qui negare posse. Néquequam ergo iuratis zelum & ecclesijs curam cruentis suis consiliis prætexunt, quando ex his cordationib; jact agnoscunt, eos à religione omni alienissimos esse, & proinde alijs effectibus seu studijs exigitur.

Sed ut berior huius loci ſu: sit, præter ea que eius statum vel ſcopum principalem attinet, alia quoq; obſeruari debent, quorum nos Christi verba quasi obiter admovere possumus. Inter quæ primum occurrit, quod Iudeos non eo nomine reprehendit, quod legē vel abacerit, vel legē ei audierolint, aut etiam ignorent: sed quod nemo ipſoru: illam factus praefat. Ergo non sufficit legē do latam accepisse, legē ſe, audiuisse, vel etiam nunc in ova habere: sed ut illi vere obtemperemus neq; est. Nam ut Paulus ait, non qui audiunt legem, iuſti sunt apud Deum, sed qui legem ſu: preſeruuntur. Rom. 2. Et hoc quidē pessim inculcat Moses, apud quod ista voceſ sapienteruntur: Hoc sunt statuta & iudicia, que ego doceo vos, ut faciatis, & vivatis, &c. Item: Statutis vocem Domini Dei tui, & custodieris sceleris omnia præcepta mea, remiens super te omni in

*Non sufficit le-  
ge habere, nisi  
factis exprima-  
tur.*

delictis sua ipsa  
era nemo repre-  
saliens sit. Quia  
lo nemine manu-  
it ab ipso compre-  
nsideremus, nos  
Christus, ne de  
Deinde publica-  
tyrannide pa-  
querentur, quia  
qua malitia le-  
ris, sed affectu pro-  
hoc membra  
& religionis fida-  
is, & confusio-  
zum gloriae  
erig, iporum ar-  
ege similitudinem.  
Habet hoc at-  
quebus non alio-  
s corrumpt, sa-  
ubijici palu-  
m turbare in-  
nouit, vniuersi  
n enim nobis fo-  
rum dogma-  
verbum facia-  
s proponunt, et  
ecclesis remu-  
taria reddant, ca-  
ndem ferre aqua-  
Cur ecclias  
ad abortus re-  
ritate ammalas-  
sub religione  
medio Roman-  
ores sunt ad am-  
pla fieri illi pe-  
nequam ergo  
dari omnia, scilicet  
dis exagitar-  
cipalem atten-  
nt. Inter que-  
el legere et adiu-  
fficiet leges a De-  
peremus nos  
em factis pre-  
es sapissima regi-  
Item: Sicut  
aper se omnis in-  
stabilitas

Nec de veteri modo lege ista dicuntur, sed ad euangelij doctrinam hac ipsa Christus accommodat, quando sermonem illum celeberrimum in monte habitum ita concludit: Omnis qui audit sermones meos, & facit eos, illum similem dicam viro prudenti, qui edificat domum suam super petram, &c. Vide locum Matth. 7. Et rursum Luc. 11. Beati, qui audiunt verbum Dei, et cuncti illud. Debent ista semper in auribus nostris sonare, ne inani veritatis cognitione inflati, officium negligamus, & tandem proprie conscientie testimonio condemnemur, quando ex eorum sermonum numero esse deprehendimur, qui voluntatem heri sui nouerunt quidem, non autem faciunt, quos pluribus plagiis vaporaturos esse Christus minatur. At quod de diuinis legibus dicitur, hoc id est ad ciuios referri debet, quae ad iusticia publica & morum honestatem pertinent. Nisi enim illis obtemperat populus, & iisdem sua auctoritate atque executione severitate rigor, adeoque vita magistratus in seruans, nequicquam vel in codices publicos referentur, vel promulgabitur publice. Imo si illas impuniti transgredi licet cuivis, nonna cum ipsiis magistratum quoque auctoritas intermoritur, quia reipublica pestem & intericu esse plurimarum gentium exempla testantur. Id ne fiat, eurent primum principes, ut aequaliter erga omnes legum executionem, (quod Anacharsis dicebat) leges aranearum iela sint, quae crabronibus & vespsis peruiae, muscas & culices imbecilles irriterint. Fit enim potenter licentia, ut tandem omni disciplina sublata, contemptissimi quique aduersus magistratum Magistratus proterve audeant. Deinde ne ipsius legum transgressores sint, qui earum vindicemus esse debeant. ipse leges obseruerunt. Praterquam enim hoc turpissimum est, nihil etiam ad labefactandam auctoritatē legum et processus seruet, rum reipublice efficacius habetur. Quod enim istis Christus utiliter exprobaret, hoc improbi ferre in eum finem suis magistratibus obiiciunt, ut occasionem inueniant, qua omnis disciplina & publica moralum honestas eveneretur. Itaque non ipsi modo peccant, sed simul peccati exempli & scandali nocentissimi anchorae sunt. Quae causa est, quod Deus ipsos quoque magistratus legum cancellis coercuit, & eodem penitus subiicit, quae si non semper legitimè de illis sumi possunt, non tamen ideo dormitat iudicium Dei, qui ferre principium libidinem & licentiam vel seditionibus, vel domellicis insidijs, vel bello exteriori & regnum translatione punire consuevit: cuius rei exempla in historijs omnium gentium possum occurruunt. Admoneretur a locus hic, ut de aliis severius iudicatur, prius in nos ipsos descendamus, & mores ac ritus nostram examinemus: ne vel in simili vel turpiori flagitio reprehensi, maiorem nobis ipsiis infamiam ascricamus. Quod cum maxime ad eos pertinet, qui reliquis praesunt, tamen priuatis quoque hominibus seruit, ut memores huius doctrine iudicia sua minus praeципient, nec temere de aliis pronuntient, quod in ipsis regeri possit, & suo seipso iudicio damnent: quod David accidisse legitimus, quando Nathan eius sententiam quæsiuit de diuite, qui pauperioris ouem rapuerat. Vide 2. Samuel. 12.

Hic excusatio videamus, quid Christo populus responderit. Daemonium habes (inquit) Quis te Christus demum quarti interficeret? Fuit hoc audax & vehemens nimis conuictum, quod partium rei indignitas, parvus dicatur. Ignorancia illis extortis. Quia enim plerique scribant scelus esse hominem innocentem occidere, non potuerunt non commoueri, quando se eius insimulari audiebant. Deinde quia consilium sacerdotum ignorabant, & proinde hoc ab illo inuidiosè consigni arbitrabantur, in eiusmodi vocem erumpunt, quia in Dei filium grauiissime peccant. Tantò meliores fuerunt nostri seculi hominibus, qui homines et sanguinis effusione gloriantur, et ex iis laude querunt, que olim Iudeis et gentibus horrori fuerunt. Interim hoc exempli docemur, eautè & circumspectè agendum esse, si quando intentata nobis criminis diluere & innocentia nostra afferere instituimus: ne quid temere & contumeliosus effundendo nocentes stiamus, qui prius eramus innocentes: quod iis accidisse constat. Cum enim sanguinis nostrorum procerum consilij nequaquam confici essent, & illud ipsum ex animo abominarentur, simul tamen inconsulto animi affectu abrepti, scelus in Christum ipsum homicidio atrocissimum comittunt, quando a malo dænone ipsum exagitari dicunt. Ita multos hodie nimium seipso defendendi studiū abripit, ut cunc maxime suam petulantiam prodant, quando se ab omni sceleris suspitione liberare volant. Simil etiam hoc loco obseruanda venit indigena Christifors, quam in hoc mundo suscineret. Est ille ipsissima veritas, negque alia de causa in mundum venit, quam ut diaboli imperium & operadefruat. At tamen mendax simul & dæmoniacus dicitur: & quidem ab iis, quibus se totum dies aque noctis impendebat. Solet idem membris eius accidere, ut omni conuitorum genere obruan-

tur, & pessimam ferè gratiam referant ab illis, pro quorū salute ipsi indefinenter excubant. Inter Christiani tētērīmarum superstitionum reperiōres, Romani imperij hostes, libidinum multorum sc̄latores, adhæc paricidae & anthropophagi dicebantur, qui in sacris suis carnis lumen vescerentur: cū toti in hoc essent, ut orbem terrarum à superstitionibus & sceleribus purgari. Nemini ergo nouum & insolens videri debet, si quid simile nobis hodie obijciatur, quando Christus eiusmodi calumnijs diffamatū suisse scimus: quin potius ex eius reffōnsione discamus, quād mūtū tali casu facere conueniat.

Christus amicē  
conūlūm con-  
futat.

Nam modestē & amicē respondet, nec conūlūm conūlūm reppendit, sed rē ipsam agit, quād in  
trowerīam venerat: & partim quidem affirmat, illos sibi occulē necem moliri, cūm hoc a sensu  
fieri certō sc̄vet; partim verò hoc illos iniustū & iniquē facere docet. Vnum opus feci (inquit) &  
m̄nes miramini, quāsi hoc factū indignissimum sit, & mortis supplicium mereatur. Loquitor autem  
de miraculo a paralytici curatione, quam Capite quinto vidimus: & Vnius modō operi merito,  
ut tacitē innuat, ab ipsis multa fieri, quā magis reprehensione digna sint. Quod ylī manifestissime  
reat, exemplum adducit, & legum collatione suā innocentiam cuetur. Conferat enim inter prae-  
dicto sabbato & circuncisōne datas, & ita euincit, sabbati religionem non obstat, quō minus tuas  
quaē ad hominis salutem faciunt. Itaque vis argumenti in eo consistere videtur, quōd proper ex-  
tra præcipua legis finis aut scopus (qui est salus hominis) minime negligi debeat. Atqui Moys a  
dedit vobis circuncisionem (non quod ex Moysi sit, sed ex patribus) & tamen sabbato circumsidet  
hominem, &c. Sensus verborum est: Idem Moys, qui legem de sabbato tulit circuncisionem quo  
ā patribus acceptam vobis præcepit: cuius ea lex est, ut octauo à partu die infans masculū  
cidatur. At frequenter fit, ut octauus dies in sabbatum incidat, neque tamen circuncisio id obliga-  
tur, neque aduersus legem quid fieri dicetur: inquit ne illa solutur, circuncisionem in sabbatum  
accipit. Quā igitur ratio vos cogit, ut mīhi indigemini, qui ne legi dessem, quā proximū perinde  
nosip̄os diligere iuber, totum hominem sanum feci? Ad huius argumenti amplificationē & confu-  
tionem multa faciunt, quā simul concurrunt. Primum, quōd maior cum labore circuncisōne fidat,  
qua præputium secari, & postea medicinam adhiberi oportebat, quām id quod Christus fecerat. De-  
inde, quod infans non sine acutissimo dolore circuncidebatur, Christus autem dolore omni pati-  
cum liberauerat. Præterea, circuncisōne salutis signum modo erat, Christus verò homini parag-  
salutem ipsam attulerat, cum & corpus à morbo, animā verò eiusdem à peccati vinculis liberat-  
set, & fide vera donasset. Quis autem non videat, minus reprehendi debet eum, qui totonc hominem  
salutis facit nullo cū labore, quām qui operosa actione symbolū modo salutis exhibet? Reffōnsione  
argumentatur Dominus, & videtur argumentum hoc ex parte ei simile esse, quod Matheus ap-  
de facer dorib⁹ adducit, qui cum dīe sabbati viclimas macilarent, ligna in altari fruveret & in-  
derent, aliaq̄ eius generis multa facerent, quā ad Dei cultū & humanae redēptionis mysteria re-  
tinebant, non tamen violati sabbati accusabatur. Hoc autem loco Circuncisōne potius memori-  
& patres quoq; in mediū producere voluit, ut veterē illam cultū diuinū simplicitate illi in manu  
renovaret, quā patrum ecclō in Iesu fuit, qui solis promissionibus de semine benedictio & horum  
naculo, Circuncisōne, cōtentū, operisores illas ceremonias, quā postero demum temporibus cœdu-  
causas instituta sunt, prorsus ignorauerunt: & ita cogitent, instare iam tempus quād easdem  
suis aboleri oporteat: nec odiojus de ijs contendendū, quibus sanctissimi patres ab his omnī salutis  
aura caruerint. Sed cū argumentū hoc tam sit evidens, mirum alicui videri poterat, hoc a ventu  
prius obseruatū, & simul omnes nullam ob causam Christo tam vehementer indignatos sufficeret.  
Tanta est superstitionis vis, ut ea quoq; viderē non sinat, quā luce clarior a sunt. Inquit vī isti que  
dem merebantur odiose damnant, & quod recepta conjecturā aduersari videntur, nū haec ad  
tos non puet hoc uno argumēto nūi in ijs condemnandis, quā secundūm scripturas bene & reli-  
fieri non possunt negare. Nemo igitur talium hominum calumnijs moueatur, sed Christo mediu-  
curando prebeamus, qui solus rogi homini quoad corpus & animam, mederi potest.

Iustē iudicandū

Sequitur huius luci conclusio, quā salutari admonitione conflat. Ait enim: Nē indicēs sou-  
dam aspedūm, sed iusto iudicio iudicate. Non vērat Christus, quō minus in eius facta & dolitū  
inquirant: inquit (ut alibi vidimus) hoc nos facere iuber. Gaudet enim diligenteri examine veritate  
quād

eo quod illo magis illustratur: at qui dolo malo agunt, lucem fugere, & omne iudicium detrectare solent: quod nimirum impudenter Pontifices faciunt, qui à nemine iudicari aut reprobandi volunt, etiam si animas hominum catervatim ad inferos abducant. Hoc autem exigit Christus, ut non secundum aspectum, sed iustitiam, sed iusto iudicio iudicent, id est, ut non personas neque primam causam, de qua agitur, apparent, sed rem ipsam inspiciant: & quod verum rectum, invenient, pronuncient. Et hoc iudiciorum ciuilium regula tristissima, cuius multa sit mentio in scripturis, & de qua in Prophetarum expositione non uno loco diximus. Magnus autem & necessarius illius usus est in religione & doctrina, ne ab hominum auctoritate pondeamus, sed singula ad scripturam sacra canonem examinemus, qui nos errare non patientur. At quia scriptura totius scopus est Jesus Christus, in quo unius salutis omnis continetur, nemo audiri meretur, quam qui ad hunc unum remittunt, cu: debetur benedictio, honor, gloria & postles in aeternum. Amen.

Dicebant ergo quidam ex Hierosolymitanis: Nonne hic est quem querunt interficere? At ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. Num uerè cognouerunt principes, quod hic uerè est Christus ille? Sed nouimus unde hic sit: cum autem uenerit Christus, nemo cognitus est unde sit. Clamatbat ergo Iesus in templo docens ac dicens: Et me nostis, & unde sim nostis: & a meipso non ueni, sed est uerax qui misit me, quem uos non nostis. Ego uero noui eum, quia ab ipso sum, & ille me misit.

**Q**uamuis Dei filius salutis doctrinam simpliciter proponere & pro sua in omnes autoritate ratione & conuenientie exigere posset, no[n] tam ueritatem infirmari consule, & frequenter tam doctrinam sua quam operum suorum rationem reddit, quod magis in fide vera confirmemur. Exemplum huic bonitatis cum primis euidentibus hoc Capitulo proponitur. Cum enim multi mirarentur, quod illiteratus erat, docendi facultate omnes alios superaret, disserit ostendit, unde haec habeat, simulq; docet, quomodo de sua simul & aliorum doctrina iudicare debeamus. Deinde cum principes Iudaeorum ipsum occidere conarentur, quasi sabbatum violasse, hoc quoq; factum suum rationibus & argumentis firmissimis excusat. At quia haec ferè cum peregrinis egerat, qui sanguinariū sacerdotum consilium ignorabant, sequitur deinceps, ut ciues Hierosolymitanis effecti fuerint, & ut borum incurabiliem pertinaciam ille reprehendorit. Quo loco docemur, hominibus reprobis nullas rationes quantumvis graues sufficere, & quomodo cum talibus agi debeat.

Hierosolymitani enim ciues inter animos suos scanduntur, & proprio ore suam improbitatem produnt. Primo dicunt: Nonne hic est, quem querunt interficere? At ecce palam loquitur, & nihil tanorum ciuium ei dicunt, &c. Mirantur ergo, quod liberè & palam in templo concionetur, quem ex cōmuni sacerdotum & seniorum decreto ad mortem queri sicebant. Et cum hoc non sine miraculo fieret, in quo Dei praevidentiam agnoscere debuissent, non tamen ad illam respicunt, sed causam huius rei altam communiscunt ex sua cerebro, quando addunt: Num uerè cognouerunt principes, quod hic uerè est Christus ille? Ergo miracula, quantumvis eximia sunt, per se tamen non probant, nisi in illis Deum auctorem & eorumdem finem uerum agnoscamus. Hoc enim unum Iudeis tam hoc loco quam mulcti dixerunt, quod in externa modo intenti, animos suos non altius in diuina virtutis contemplationem sublevarunt, que in omnibus Christi factis elucebat. Et hodie hoc ipsum multis accidit, quibus mirum videatur, euangelij doctrinam magis atque magis propagari, cum hostes habeant portentissimum, ministros autem & sectatores nullius pretij homines & nulla ferè potentia instruclos. At quianon obseruant hac ex Dei nutu fieri, neque ad scripturarum vaticinia responcent, quibus hoc iraenturum esse olim predictum est, in hoc suo stupore euancidunt, nec mouentur ut ipsi quoque Christi seprofece submittant, sed vel timore superari in superstitionibus suis pergit, dum euangelij successum non perpetuum fore timent; vel etiam veritatis odio in rabiem accenpsi, principibus indignantur, ut qui nemini ignauerit tantum negotium agant, adeoq; cum ipso Deo certamen suscipere non ve-

rentur. Sunt hi planè istorum similes, quos ita animo affectos suiss, ex sequentibus patet. Nam enim de mutata principum suorum voluntate aliquam suspicionem conceperint, tamen neque horum auctoritas illos permoveat, ut causam hanc diligentius expendant, & ipsi quoque Christo Iesu se submittant: quin potius aduersus illum argumentantur: Cum veneris Christus, id est promissus ille populi servuator, nemo sciret unde sit. At hic unde sit nouimus, ex Nazareto nimirum obscuro Galilei pido, & ex parentibus egenis prognatus. Ergo non est Christus. Hæc autem dicendo turpissime prologizant, & in maiori simul & minori falluntur. Primo enim vulgari opinione decepti, originem Messie profus ignoramus fore putant: qua opinio ex scripturis perperam intellectu enata ridetur. Ieremia etenim de illo vaticinans inter alia dixit: Generationem eius quis enarrabit? Ier. 53. Et inde chec cap. 5. scribitur: Exitus eius ab initio, à diebus aeternitatis. Quod autem prophete parvum aeterna ac ineffabili diuinitatis generatione, partim de abscondito & inenarrabili modo incarnationis Christi dixerunt, hoc isti in genere de illius parentibus & loco natali exponunt, neque obseruantur his certa & perspicua veteris scripture testimonia extare. Deinde in minorieriam errant, cum de Nazareto eum prodicisse puerent, qui Bethlehemitinus fuerat, & Joseph filium esse arbitrarentur, quæ ex spiritu sancti virtute Maria virgo conceperat. Vbi diligenter obseruari debet, Iudei hiq; opiniones ipsos sibi finxit, & prouide sibi ipsi incredulitatem & exitii fuisse authores, in quæ quoque ipsi perseverare libuit, cum de principiis concepta a suspicio scandulum omne iam removet, quod ex illorum auctoritate ipsi prius obiectum fuisse videbatur. Adeò ingeniosa est caro ipsius excoquendis rationibus, quibus incredulitatem & contumaciam suam tueatur. & seipsum in eum firmet. Et apparet ex hoc loco, propria impietate Iudeos excidiū meruisse. Similique omni inexcubiles fuisse, & nullius iniquitatis aut nimis rigoris Deum debere accusari, qui miseris & infelicitatis rūna cī sacerdotibus & senioribus horribiliter puniuit. Quis enim solos principes in culpam dixerit, cum istas voces ab hominibus plebeis proferri audiamus, qui principes tam in Christum concessisse suspicabantur? Eft ergo exemplum hoc dignissimum, in cuius consideratione frequenter emerit. Multis enim res indigna & inqua videtur, si principum & antistitum auctoritate ipsius populus, rūna cum illis idolatriæ & superstitionis penas lauat. At si rē ipsam inspiciamus, probabiliter præter ius & aquum fieri patet. Plerumq; enim sit, ut eiusmodi antisistentes populus sibi interficiat, & (quod Paulus de nouissimis temporibus prædictum) doctrinam veritatis non patiat, sed teruatum sibi ipsi coacerentem impostores, qui aures delicatulas fabulis in anibus demulcent. Neque hoc viri modo faciunt, verumetiam mulieres & pueri, qui simul omnes ex superstitionibus summa voluptatem capiunt. Fit ergo quod olim Iudeis Ieremias exprobrauit, dicens: Filii colliguntur, & patres incidunt ignem, uxores autem massam subiungunt, ut faciat placentas machina caloris. Quod si vero Deus meliores doctores submititur, & veritatis luce accendit, mox ignobile vulgo, propria malitia vel impostorū consilijs accensur, seditione tumultuantur, ut illius ministeri regnus & illam penitus extinguat. Quid, quod nec episcoporum & presalium auctoritate multi communetur, quando hos relictis erroribus ad Christū transiisse vident: sed aduersus eos hostiliter inferuntur, quos prius in honore & pretio habebant. Cuius rei exempla nostro seculo in Germania, Anglia, Gallia & multis alijs locis vidiimus. Iusto igitur Dei iudicio puniuntur tales, & merito cum fiducia seductoribus perirent, qui fidos salutis duces sequi designantur.

Hierosolymita= Obseruari præterea debet hoc loco crassa Hierosolymitanorū ignorantia, qui de Messia & eius mysteriis tam inepit & pueriliter balburunt, cum præ alij ista nouisse deberent. Dicibus enim viris sancta, eo quod eam templi & cultus externi sedē constitutiss. Dominus, qui David dicens: Hæc mea est regies sempererna, hic habitabo, quoniam experius eam. Psal. 132. Erat ergo in hierosolymitano tempore atque scribarum collegium, & prouide schola totius gentis celebrerima. Itaq; scriptum est, quoque cognitione imprimis gloriabantur, ex quibus vitam aeternam sibi ipsi promiscebant, ut eam vidimus. Quis vero nescit, in scripturis perspicue tractari omnia, quæ ad Messia promissi cognoscere faciunt? Ex Davidis stirpe illum nasciturum esse, prophetae prædixerant. Aduentus tempore Iacobo & Daniels ita denotatum fuerat, ut vulgo tunc omnes in eius expectationem erit efficitur. Locum natalem Bethlehem fore, docuit Micheas. Attamen vulgaris opinio nō figura decipi, quasi nihil horum vñquam audiuisserint, Messie originem planè ignoscam fore dicunt. Negillit pater

suā levitatis, quando Mēſiū nōmēn ei tribuunt, de quo nōlī ſibi certi conſtare fatentur. Admone-  
mur itaq; hoc exemplo, quām inanis & inutilis sit extēnorū omniū fiducia in ſalutē negotio. Nec  
enim huī cognitio locis certis alligata eſt, neq; ex quotidiano ceremoniārū iſu dependet. Et quod  
iſis accidit, hoc ipſum clarissimis vrbibus acciditſe ſcimus, Antiochia, Epheso, Corintho, Alexan-  
driæ & infinitis alijs, in quibus olim ecclēſias celeberrimas apōſtoli conſtituerunt, nunc autem in iſa-  
dem barbara Machometanorum ſuperſticio dominatur. Hoc p̄inam expenderent Romanenses,  
quos veteris Roma authoritas ita inebriat, vt eam ecclēſia ſedem perperuā eſſe contendant, & eam  
errare poſſe negent, cum non errores modo, verum etiam horribiles abuſus & nefandaſcelera, quæ ibi  
ſub religione prætextu designantur, lippis & tonſoribus notaſint: imò veteri prouerbio notataſint,  
quo eo longinqua Christiana religione diſcedere dicuntur homines, quō propius ad Romanam acceſſe-  
runt. Docemur præterea, quām periculum ſit, opinioneſ temere obortas ſequi, & non à ſolī ſcriptu Noxiū eſt op̄is  
vī dependeret. Soler enim has Dei promiſionibus & oraculis mifere ſatan, vt illarum nebulis veri-  
tatis obſcuretur. Et in Mēſiū quidem negotio inter Iudeos hoc multuarium factum fuit, quando nō ratiō nūt.  
hoc modo de incerto illius ortu ſigmentum excogitauit, verum etiam regnum eius terrenum fore per  
ſuadit, in quo illi neglegit celeſtibus bonis libertatem carnis, victorias, gloriā & opes huius ſeculi  
perarunt. Inter Christianos etiam multa huius generis olim ſparſa ſunt, & adhuc hodie ſpargiuntur.  
Huc enim pertinent fabule de Antichristo Babylonis ex tribu Dan naſcitur, deque ſignis nouiſ-  
ſum Chriſti aduentum præceſſuris. Quæ omnia ut ſcripturis ſacris contraria ſunt, ita in eum finē  
diabolo ſunt confiſta, vt his intenti homines, verum Antichriſtu non obſeruent, ſed huius laqueis  
ſeſi irreti patientur, adhuc negligant signa, que Christus proponit, ut eorum conſideratio-  
ne ad ipſius aduentum excitemur. Et quantum mali ſuis hiſce ſigmentis dederit ſatan, orbis totus  
fenſit, & ipſi adhuc non ſine dolore experimur. Tuifſum ergo fuerit à ſolī ſcripturis pendere,  
que nos errare non patientur.

Porro Christianum audiamus, qui eſi ſe contemni videat & improbè traduci, non tamē ſeſe eſt tur Christus cōſtar-  
ba ſubducit, neq; turpi ſilento cauam ſuā prodit & defert, ſed contra insurgeſ clamat, id eſt liberē ter ſe hoſtibus  
& intrepide ſuam authoritatem aduersus illos tuerit. Nec enim de ipſius modo honore, verum etiam opponit.  
de mulorum aliorum ſalute agebat, qui iſtorum paralogismo ſeduci poterat. Exemplu autē ſuo  
miſtris omnes ſuī officiū admonet. Sunt hi conſtituti, ut veritatis verbum prædicent, & illius præ-  
dicatione Dei gloriam prouehant, & in ſalutē viam deducant eos, qui ad interitum ruunt. Quid ſi  
hoc bona fide faciant, non defunt aduersarij, qui mirificis artibus ſeſe opponunt, & multi aperta etiā  
vi aduersus illos pugnant. Tunc ergo animis opus eſt, ne vel minus & periculis abſterreantur, vel  
dolis aut ementis blanditijs ſeſe circumueniri ſinant. Itaque conſutato debent conſtradicentes, &  
argumenta falſa arguere, quibus rudes & imperiti decipi poterant: hoſtibus item aperti & tyrannis  
ſanguinariis Dei iudiciū denunciare, pios autem pīs consolationibus armare, ne metu ſuccumbant.  
Si clīm Ieremiam, Amos & reliquias prophetas feciſſe legimus: & hoc ipſum Apoſtolū faciſtarunt,  
ſicut illorū acta & ſcripta reſtantur. Et recte hos omnes feciſſe, Christi exemplū doceſt, qui hoc or-  
dine in conſutando ſuorum aduersariorum argumentis progrediuntur.

Primo ignoranteſ excuſationem illis adimis, ut offendat ipſos malitios eſt & deuoto ad impieſtā Ignoranteſ ex-  
tim animo hec omnia dicere. Ait enim: Et me noſtis, & unde ſim noſtis. Quibus verbis vehemens cuſationem  
admodum Sarcaſmus ſubeft, non tamē eius modi, qui nos illa per Antiphraſin exponere cogat. Sen- admitit.  
ſue enim hic ſeſe videtur: Recte quidem dicitis, vos ſcire unde ſim: Nam non modō me Galilaeum,  
Nazarethianum, Maria filium, adeoq; fabrum eſſe ſcitis: Verum etiam me non vulgare hominem  
eſſe ſuū. Hor enim opera mea vobis reſtantur, quæ ignorare aut diſsimulare non poteris, nedū ne  
garo. Atamen quod in ſchola Capernaūtica alijs dixi, etiā me videatis, non tamē creditis, ſed vñ- loan. 6.  
Itaq; ſcripturna tebant, vt Ieſu  
promiſſi cogni-  
Aduentus tempore  
ionem eret, ſig-  
mento depe-  
it. Negiliſſi p-

thæum pharisei de censu illum interrogatur aiunt: Magister, scimus quod verax es, & viam Dei in veritate doces? &c. Exprimitur ergo in his reprobiorum conditio, qui licet veritatem ignorari videntur, plerumq; tamen eius cognitionem habent maiorem quam ipsis proficit: & diu dissimulatam tandem vel temere produnt, vel extrema necessitate circumuenti eam prodere coguntur; quod Pharisei maris Rubri fluctibus circumuento accidit. Et in nostris seculi hominibus multa eiusmodi sunt, non proprijs oris testimonio se esse condemnant, qui prius pro xelo pro veritate pugnare videbantur.

Christus suam  
authoritatem  
asserit.

Deinde authoritatem suam asserti Christus aduerteret eos, qui hominem obscurredum ex primi affectu surrexisse & docendi munus suscepisse calumniam habent. Et à meipso (inquit) non rem, sed verax qui misit me. Id est, Deus pater me misit, ut veterum promissionum fidem afferat, & humanum genus liberet. Veritatis enim diuinæ hic perinde, ut infra cor am Pilato Cap. 18, memini ostendat promissiones Dei omnes in ipso esse Ecclia & Amen, ut Pauli verbis utar. Et si non alibi magis elucet Dei veritas, quam in Christo, cum in hoc uno nobis praestita sint, quaecumq; olim patribus pollicitus fuit. Et facit ad illius commendationem, quod filium dilectum postea in miniojam crucis mortem tradere voluit, quam promisisti suis deesse: cum tam multa in nobis deprehenderentur, quæ illum facile excusare poterant, si quid ipsis negasset, qui fidem darat toties fidem nos. Facit huius mysterij consideratio ad fidei nostre confirmationem, ne de nullis Dei promissis bitemus. Cur enim in reliquis, quæ praestiti facilitiora sunt, nos falleret, qui tam tenax promissis, quando de filii vita agebar? Similiter etiam admoneatur, frustra eos Dei gratia & promissionis gloriari, qui Christum, qui unicus istarum mediator est, non agnoscent; quales sunt Turc, India, & quicunque ex nostris suorum operum meritis gloriantur.

Iudeis ueri dei  
cognitionem  
admit.

Potremò, quia eos Dei cognitionem sibi vendicare, & eius fiducia insolentiores effe noverit, hanc illis admittit, dicens: Quem vos nō nosstis, ego vero noui eum, quia ab ipso sum, & ille me misit. Deum sibi unius verè cognitū esse ait, quia ex eo generatione eterna genitus, & proinde eiusdem in illo naturæ seu essentie, adhac aeterno eius decreto missus sit in mundum, ut humani generis ratione ptorem agat. Itaq; verbis iustus diuinam simul & humanam naturam, adeoq; officium suum comprehendit, cuius gratia homo factus in mundū venerat. At qua ratione (dixerit aliquis) Iudei cognitionem Dei omnem admittit Christus, qui legem habebant & exterrit cultum, & gentium totius exosi unius veri Dei cultum & nomen profitebantur: cum illam gentibus magna ex parte Pauli tribuat, quando ipsis innotuisse dicit quicquid de Deo cognosci posset? Rom. 1. Ceterum Christus non de generali notitia Dei loquitur, qualis ex operum & iudiciorū eius consideratione elici posset, sed de salutifera & speciali, qua eius bonitas & salus ipsa apprehenditur, et qua ad solos electos pertinet. Hanc in solo Iesu Christo manifestari, alias abunde diximus: quem cum Iudei agnoscere uolent, Deum salutariter nosse non potuerunt. Viri rursum confutantur omnes sedet, que Christi explodunt, aut eius cognitionem nonius somnijs obscurant atq; inuoluunt. Nam quotquot Christi ignorantib; hi ne Deum quidem patre salutariter nouerunt, & proinde Deo carere non immiscuntur: quo nomine gentes olim Paulus cibos dicebat, quibus tamen (ut modo diximus) generaliter illam Dei cognitionem tribuere non dubitauit. Interea Christi exemplo ministri omnes camouuntur, ut ipsi quoque suæ vocationis atq; missionis certi sint, & hanc simili libertate aduersari possint. Quantum enim hoc faciat ad animandum ipsos in periculis, prophetarum exemplum cent. & inter hec Amos imprimis, quem Amasis sacerdoti fugam suadenti hanc opposuisse fecerit. Et Paulus non alia de causa vocationem suam roties & tam constanter afferit, quam ut in exercititia seipsum confirmet, & simul hostes eius fulgore perterreat. Hodie minor in ministeri nichil fortiusudo appetet, quia ferè legitimam missionem non expectant, sed malis artibus in huic mensura administrationem obrepunt. Quod ipsum cum in repub. quoq; fiat, non immorio temeritatem ipsius ambitionem tam ecclesiæ quam reipub. pestem dixeris, qua sit, ut viri, remissus organi qui res praefunxerit. Porro ut dicendi finem faciamus, omnium fuerit Iesum Christum ampliati, quem Deus misit, ut per ipsum completeretur promissionum eius veritas & humani generis redemptio. Illi debet benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

Ministri sue  
missionis certi  
sunt.

Quarebat ergo eum prehendere, sed nemo manum eius incepit, quia nondum uenerat hora eius. Multi autem ex turba crediderunt in eum, & dicebat: Christus cum uenerit, num signa plura edet? Iesu, quae hic edidit? Audierunt Pharisæi turbam hęc murmurantem de eo: ac miserunt pharisæi & principes sacerdotum ministros, ut prehenderent eum. Dixit ergo eis Iesu: Adhuc paululum temporis uobiscum sum, et uadum ad eum qui misit me. Quareteris me, sed non inuenietis: & ubi ego sum, uos non potestis uenire. Dixerunt ergo Iudei inter se: Quod hic iturus est, ut nos non inueniamus eum: Num in dispersionem Gr̄corum iturus est, & docturus Gr̄cos: Quis est hic sermo quem dixit? Quareteris me, sed non inuenietis: & ubi ego sum, uos non potestis uenire?

**R**efondit nuper Dominus Iesu Christus ciniuum Hierosolymit anorum argumentationi, quae reuocare conabantur, ipsum pro Messia paribus promisso agnoscere non posse, eo quod ipsius origine omnibus nota & perspecta esset. Quod argumentum ita in eos retrofit, ut palam ostendat, eos non ignorantia peccare, sed maliciose omnia conquerere, que ipsum populo suspectum reddant. Deinde suum quoq; auctoritatem aduersus illos constanter assertum, & à Dei cognitione alienissimos esse docuit, quoquod ipsum non recipiunt. Didicimus nos ex eo loco, promissiones Dei omnes complementū suum habere in Christo, & extra hunc neq; salutem neq; Dei cognitionem veram atq; salutiferā inuenire posse. Sequitur modò, ut doctrinam hanc auditores acceperint, quorum alij crediderunt, alij vero in maiorem rabiem accensi cruentia de illo occidendo inierunt confilia. Vbi in seipso exemplum praeberet Dominus, quo docemur, quae omnibus seculis doctrina sua fors futura sit.

Principio de promiscua auditorum turba scribit Ioannes, quae in duas partes seissa fuit. Erant Quidam Christi enim, qui querebant eum prehendere: & rursum erant alii, qui in eum creditissi dicuntur. Et priores quidem verisimile est ex sacerdotum affectio & paratus suis, qui ipsum capere & ad principes abducere cupiebant, ut eo facto aliquam apud illos gratiā inirent. Additur autem, quod erit voluntas ad scelus hoc ipsiis propensa fuerit, nemo tamen eorum illi iniecerit manum, aut quicquam hostile detinet. Vide vero hoc, cum nemo esset, qui Christi causam vel armis vel publica auctoritate defendere. Ex eo nimis quod hora eius nondum venisset. Ita vero loquitur euāgelista, non quod Christum a fratribus subiectum, aut horam aliquam alios per se inauspicacione esse putari (quemadmodum superficialiter solent, qui syderum morus & temporum articulos anxie obseruant) sed horam Christi vocat tempus illud præfinitum, quo ex aeterno patris decreto mortem subire debebat. Itaq; quamvis omni in humanis auxilio destitueretur, occultata tamen Dei protectione tutus fuit, ut nihil aduersus illum potuerit hostium furor, cum hora illa nondum venisset, que nō ab astris aut alia re villa, sed ex sola Dei voluntate pendebat. Est autem locus hic dignissimus, qui semper nobis ob oculos verferit, ei quod ad nostram institutionem & consolationem plurimum facit. Primo enim hostium veritatis Hostes ueritas iniquabilem militiam nobis in mentem reuocat, qui vbi semel instituerunt vel priuata libidini vel tis incurabiles. diuinis affectibus obsequi, nullis rationibus à proposito abduci possunt: quin potius ijs irritatur & effractores sine, quibus alij in ueritatis cognitione erudiuntur. Hinc est quod ueritatis predicatione furor illorum accenditur, & multa atq; terrifica de eius oppressione confilia ineant, qui prius illam contemnebant. Exempla huic rei omnium seculorum historia nobis exhibent, quae nos in eum suis obseruare oportet, ne offendamur, si hodie similia fiant, nec (ve pleriq; folente) fideles verbi ministerios accusemus, quasi illi prater officiū aliquid immodestius egerint, aut quedam dixerint petulantius que maiori cum fructu taceri poterant. Nec enim villa hominū modestia sive prudentia ad coercendum hostium ueritatis improbatem sufficit: & quacunq; ratione Dei verbum prædicetur, non tamen alter à mundo quam ab istis excipitur, de quibus hic sermo est. Odit enim lucē hanc mundum, & idem spiritum ueritatis non potest percipere, quoad non innouatur & mutatur potenti Dei manu. Scutitia ergo, in modo arrogantia summa fuerit, si de nostra prudentia vel modestia nobis ipsis

id polliceamur, quod nec ipse Dei filius praestare potuit, cum doctrina sua signa omnis gener coniungeret.

**I**mpij non possumus quicquid volunt. **E**s autem consolationis plenum, quod impiorum conatus non semper suum habent effectum, illi semper possunt quod posse videbantur. Quod enim de Christi hora dicitur, ad omnes homines extendi debet. Sumus siquidem omnes sub Dei gubernatione, & ex eius prouidentia res nostra omnes dependent. Cur enim hominem, & quidem in suo servitio occupatum deserat aut impiorum libidinum temere permittat, qui flores agri respicit, volucres celi pascit, & absq; cuius voluntate ne perferantur quidem, quorum duo minuto aste veneunt, in terram cadunt? Hinc certe Christus consolations argumenta petere docuit discipulos, quando illos ad praedicandū emittebat. Et mortis horam nunc a Deo constitutam esse, nosq; interea dum illa venit, occulto Dei praesidio custodiri ac protegendi testatur. Nam si torum vita humana cursum inspicias, vnde nos pericula circumstant, rursum moris imago occurrit, & vix quicquam adeò vile & imbecillum est, quod nobis confidimus sufficiat. Alios enim aqua absorbet, alios ignis consumit, alii ex alto delapsi pereunt, alii ex alio quid decidens vitæ finem afferunt. Furunt etiā quos acinus rurae pilus caprinus in lacte basius suffocavit. Taceo nūc infidias hostiles & apertam vim, qua saepe peritur: morborū item examen, quibus omnes sumus obnoxii, & que indies noua atq; incognita prius enascerunt. Quibus omnibus tan accedit, publicus humani generis hostis, qui rugientes leonis instar obambulans indefiniter querit quem deuoret. Quid vero de periculis occultis dicemus, quae saepe insciis & invicti declinamus, ubi ea euasimus demum resicimus in quanto discrimine fuerimus constituti? Quis vero in his mundis nos tuerit? quis seruat? quis aduersus omnia ista præmonet atque præmunit? Certe vi in multis aliiquid nostra industria & virtute perfici videatur, negari tamē non potest, in plurimis quoniam Dei prouidentia conseruari: que nisi pro nobis excubaret, et si nullū aliud periculum imminent, somnis certe nos ingulareret satan, quando ad nostri defensionem nihil prorsus ipsi conferre possemus. Est igitur mortis hora nobis à Deo constituta, & priusquam illa appropinquet, nulla res vel occulta vis nobis nocere potest; & certum est, nihil planè nobis accidere, quod non ex curia consilio immittatur. Horum itaq; consideratione excitati, contemptus periculis omnibus vocavimus nostrā sedulō sequamur, neq; villo metu nos à statione nostra patiarum auelli. Castrametatus angelus Domini circa eos, qui ipsum timent, & eripit eos. Consolatur item nos, quod in Diebus luctamur, qui fugas nostras numerauit (ve Davidis verbis vitamur) et lachrymas nostras ad sollicitum: nec grane sit ex eius decreto aduersa quævis subire, qui cum pater sit indulgentissimus & misericordissimus, nunquam nos vlera quam ferre possimus tentari patiuer, &c. Vide 1. Cor. 10. & 2. Cor.

**M**ulti in Christum credentes. Sed ad Christi auditores redeamus, quorum magna pars illum fide ampliata est, sicut in prophetis alijs strui viderent. Dicit enim evangeliista: Multi ex turba crediderunt in eum, & ducuntur Christus cum venerit, num signa plura ederit, que hic edidit? Credidisse dicuntur, qua clara virtutis lux animos illorū illustravit, ut promissi Messiae indicia in ipso obsernare & agnoscent: quām multa adhuc ipsis defuerint quæ ad veram & perfectam Christi cognitionem facilius quam ne apostolos quidem tunc habuisse scimus. Habet huius dulcissimam consolationem, quæ profiteantur, quando prima quoq; fidei initia atq; rudimenta a fidē dici audiunt. Hanc enim confortat spiritus Dei, & suis incrementis quotidie auctiorem reddit, sicut non uno loco Dominus permanet. Et tale quid in istis videmus, qui quod crediderunt publicè etiā confessi sunt, & Christum aduersus hostes eius argumenitos, quibus poterant, defenderunt. Insunt autem hinc exempla multa, quæ considerationem diligenter merentur.

**E**vangelium nunc quād sine fructu predicatorum. Primo admoneamus, euangelium nunquam illud extrema quæq; molitatur. Facit huc pluvie parabolam, quam ex Isaiae 55. alibi adducimus. Habet enim vbiq; terrarum suos eleemos Deus, & ferre ab ignobilis vulgo & hominibus literatis cipiuntur Christus, quem in publica autoritate constituti improbè fastidunt. Ita vero sole fidelium auctorū aeternae dona dispensare Dominus, ut ex eius bona voluntate mysteriū hoc omne pendente ligamus, & nemo quicquam suæ aut aliorum hominum industria tribuat. Vide qua in hebreos scriptum Paulus scripsit 1. Cor. 1. circa finem Cap. Et de his quidem Ioannes nos non obsecrare admoneamus, quando non simpliciter ait, multos in Christum credidisse, sed multos ex turba hoc fecisse scripsit, quoniam

nomine homines plebeios & vulgares denorat, quo phariseis & tori scribarum atq; sacerdotum collegio opponit, qui eundem hostiliter persequebantur. Debet autem horum consideratio ministris animam addere, ne mox desperet, si potentiores quoq; sibi aduersari videant. Imò priuatum singuli hinc consolationem petant, ne hostium veritatis splendore & potentia terreatur. Qui enim furiosis Ocea ni fluctibus arenam opposuit, ad quam illi collisi concidunt, ut praefixum sibi terminum transire non possint; idem ille frequenter hominum nullius in mundo auctoritatis opera & ministerio vicitur in corronda hostium potenti&morum ferocia, qui aduersus illum insurgunt.

Deinde obseruari debet, qua ratione isti ad hanc Christi cognitionem peruererint. Christus (in- Ratio, qua isti  
quint) cum venerit, num signa plura edet ijs, que hic edidit? Ex quibus verbis paret, ipsos ad pro- crediderunt.  
ppterum patricia respexisse, qua promissum illum redemptorem factis miraculosis illustrem fore  
docebant; quale est, quod apud Iiacam Cap. 35. ad hunc modū habetur: Ecce Deus vester cum vin-  
dicia & retributione veniet, & seruabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum re-  
serabuntur: tunc salter claudus tanquam ceruus, & subtilabit lingua muti, &c. Conferunt cum his  
isti quæ tunc peccatum fabant, & cum Christi virtute cæcos illuminari & visum recipere, surdorum  
aures aperiri, claudos viribus nouis instrui, mutorum linguas solui, adhac leprosos mundari, dæmo-  
niacos liberari & ad mentem meliorem revertri, aliaq; huic generi infinita quotidie fieri viderent;  
non poterunt non in illo Seruatoris promissi signa agnoscere. Profuit itaq; eis, quod non ex hominii  
arbitrio sue sententia, sed ex scriptura a sancta de Christo & factis eius iudicarunt. Hoc si bodie om-  
nes facerent, mox sine effet controuersiarum de religione, qua totum ferè orbem terrarum crudeli-  
ter & misere exagitant. Ita enim in controvoris articulus facile pateret, quid Dei verbo consonum,  
quidam huic aduersum tradatur. At quia ab hominum auctoritate pluri dependent, scripturas ve-  
ro contemnunt & negligunt, non mirum est lites quotidi longius serpere, & tenebris indies profun-  
dioribus eos immergi, qui acerbis contentionibus ad veritatis lucem eluctari conantur. At quod istos  
ininvestiganda Christi cognitione fecisse videmus, hoc ipsum in Antichristo cognoscendo fieri debe-  
bat. Exiant de hoc clarissima vaticinia apud Daniellem, quod ex Romani Imperij schismate exori-  
turus sit, quod mutantur sit leges & tempora, Deum facturus noui & prius inauditum, quem au-  
ro & argento colat: & de codem Apostoli vaticinatur, quod in ecclesia Dei, & quidem in urbe re-  
rum domina sedem suam habituri sit, ciborum usum & coniugium vetiturus, culum deniq; omne  
conversus in suum quæstum. Quæ si cum ijs conferantur, que iam seculis aliquot facta sunt, & ad-  
huc hodie sunt, nemo tam stupidus fuerit, qui non intelligat, quis nam Antichristus ille magnus sit,  
quem cauere debent quoquo salutem à Christo nobis partam retinere volunt.

Præterea fatentur isti fidem suam in Christi, & quāmvis nota ipsi effet sacerdotum arq; senio. Fidem confia-  
run tyramis, qui illum extinctum cupiebant, causam tamen eius publice ruentur, & ipsi plebei aeg- tentur.  
illitterati scripturas ijs obijcunt, qui precipuam eruditonis existimationem apud omnes suffinebæt.  
Vnde apparet ipsos causam hanc serio egisse, neq; ex eoru numero suis, qui cum religione ex questu  
modo metiantur, quidam simulare & disimulare possunt, adeoq; eoru moribus & sententijs esse ac-  
commodant, quibus cum vitam degunt. Sunt hi ex tepidoru numero, quos Christus euomit; sicuti Lao-  
diæfibus olim minatus est. Apoc. 3. Regnat istud hominu genui bodie, et soli ferè sapientia & huma-  
nitas laude meretur, qui in religione ad hunc mundu Protheos et Vertumos agere possunt. Ad lon-  
ge diu Christus requirit, quando Mar. 8. ait: Quenq; mei et sermonu meoru puduerit in natione  
hac adultera & peccatrice, pudebit illius & filiu hominis, ubi venerit in gloria patris sui cum ange-  
li sanctis. Et noti illud Pauli, Corde creditur ad iustitiam, ore autē fit confessio ad salutē. Rom. 10.

Ceterum pergit Ioannes, & quid Christi hostes porrò fecerint narrat, quando aliquos viderunt Pharisai Christi  
effi, quilibet publice patrocinabantur. Audierunt pharisei (inquit) turbam hec de eo murmurantem, sicut capere  
ac inferre pharisei & principes sacerdotum ministros, ut prebenderent eum. Primum solos phari- iubent.  
seos nominat, qui has vulgi voces audiuerint: postea però illi cōiungit sacerdotum principes, quan-  
do ministros ad illum capendum emissos esse scribit. Pharisei ergo reliquis studiosores fuerunt, ve-  
speculatorum instar Christi facta omnia & populi torius de eo iudicia atque sententias obsernarent.  
Oderant enim Christum quām maximè, eo quod operum iustitia eius doctrina euenteretur, cuius fi-  
ducia ipsi potissimum nitabantur. Quæ causa est, quod bodie etiam Euangello præ alijs infensi sunt,

qui suorum operum meritis confidunt; quales sunt Monachi aut Fratres mendicantes; ex quibus ordinibus ferè prodeunt heretica prauritatis Inquisitores, qui pīs ubiq̄ locorum negotium faciunt per suos emissarios dicta & facta illorum explorant; & postea magistratus in illos armant. Ita plū nē hic factum est. Nam quia phariseūs non ea potestas erat, ut soli aduersus Christum adiungarent, rem omnem ad sacerdotum principes referant, & mox omnes illi quasi coniunctis copiis & rībus illum capere & occidere conantur. Vbi rūsum apparet veritatis hostes quotidie in peccato proficere, & suis incrementis tandem ad extreemam impietatem progredi, adeoq; ijs irritati, quibus crucifisi debebant. Iam ante enim isti odium Christi animis conceperant, à vt tamen aperte hostiles abstinuerunt, dum illum ex quo omnibus iniūsum esse, aut saltem à plerisq; contemni arbitrarentur. At vbi illum à mulis in pretio haberi audirent, qui de illo magnifice sentiant, eius causam ruerent & promissum illum redemptorem esse pālā dicant: mox maiori rabie accensi nihil sibi amplius simulandum esse censem; nec ex populi sermonibus ansam arripiunt de toto hoc negotio diligenter agitandi, sed mox sceleris ministros expedient, qui comprehensum adducant. Vides autem in hī crudelitatem cum prouida & diligentia astutia coniunctam, qua factum est, ut nullam ius opprime occasionem neglexerint. Conspicuit vīraq in nostris aduersariis hodie, qui vt crudelibus adversariis fidem q̄ Christi veram opprimere student: ita dies & noctes excubant, ne qua occasio dātur, que ipsorum instituto seruire potest. Arguit autem illorum sedulitas nostram ignoriam, qui hī terrena stertimus, & bene agendi occasiones turpiter nimis negligimus, adeoq; ostentant in hī animos addimus, & eorundem cruentia consilia adiuuamus.

Christi concilio  
ad hostes.

Porrò tempus est, ut Christum Iesum audiamus, qui de improbo hoc suorū hostium conatus populo toti quam ministris sacerdotum sic concionatur: Adhuc paululum tempus vobis sum, vadam ad eum qui misit me. Queretis me, sed nō inuenietis: & vbi ego sum, vos non poteris me invenire. Quibus verbis tria dicit. Prīmō ingratitudinem ipsorum arguit, qui molestie ferant ipsius coniunctionem, cum non nisi publicae salutis ergo in hunc mundum descendierit. Deinde conatus ipsorum, nē inutiles et superuacaneos, adeoq; irritos fore docet. Postremō penas graves denuntiat, quibusrum improbitate punire velit. Sensus itaq; verborū est: Ego calitus ad vos veni, & familiari vobis cohabito, vt in mei cognitione adductos patri reconciliem, & salutis aeternae herediem. Vos autem hominum ingratisimi hoc vnum agitis, ut me dolis vestris circumuentum ēmetulatis. Atqui tanto studio minimè opus erat. Breue enim adhuc tempus mibi in terris agendum erat: quod vbi elapsum fuerit, ad Deum patrem redibo: neque vos vñquam efficietis, vt non eum in celestem patriam, & inde misso spiritu sancto regnum meum per toum orbem extendam, immē sublatu et terris, non tamen vobis omnia pro vobis vestris succedent. Imò futurum est, ne regnū glorioſus vñctor regnem, vos autem extremitate malis circumuenti me queratis, & me quibus redemptorem obtingere: sed non inuenietis me, qui ingratos & rebelloſ prosferem, magnas vestras cōcumacia & improbatore pānas exoluatis. Neq; vos tunc eō venire poteris, dico, vt vel ex gloria & regno meo me derubetis, vel me vīndice et protectore vitamini. Exhortandom quoad literā implēta sunt. Nam paulo post cūm bora illa praefinita aduenisset, Christus fīs sua animā depositus, & inde resuscitatus in calum ascēdit, & discipulos spiritus virtute inspiratus orbē emisit, quorū prædicatione regnū eius longē lateq; est propagatū. Mox autē eōtē temporis gentis Iudaicā calamitas. Seditionibus enim aſiduis Romanos contraria se prouocarū, qui missi ex ciui terrā omne vñstarunt, vībem obſederunt, & tandem capti solo aequalitate. P. obſi sunt tristis, durissima quaq;, & non dubium est, quin ſepe illis in mentem venerim⁹ promiſſione Mefīs, m̄ etiam de Christo contumelioſe reicta cogitarint. Neq; tamen illis ceſſauit iudicium Domini, regnum quoq; ſuum ab illis tranſluit ad gentes, & spiritus vertiginis miferios percussit. Et Ralibom̄ ſomnijs ſeduci Mefīā adhuc querat, & ſemel ipſos anxiā atq; inani expectatione excurrent, hac quām diu Christū contemnere pergunt, ad beatas regni cœlestis ſedes peruenire nō posſunt, probus nunc ille triumphat & regnat. Ita verò omnes gratias ſuas in Christo exhibuit, & templa ſuas punire ſolent: vt primō quide extremitate malis & miferijs inuoluant, quando indigni ſunt, qui aliquis gustū ſentiant, qui huic mediatorē affernantur. Deinde verò ijsde verbi fuluſ aufer, quod eos conſolari poterat. Fuit ergo vt tam corpore quam animo diſcurrant, & nequicū querat if-

rius. Tandem à regno suo reiectos sempiternis infernū cruciatibus addicit. Exempla, quibus hac probentur, paſſim occurunt, quibus nos excitari conuenit, ut Dominum queramus dum propè eſc & inueniri potest, neque quas Deus nobis offert salutis occasiones elabi patiamur.

Ceterum quo iſtis dicit Christus, hæc singuli ſibi p̄fis accommodent, ut iſdem rationibus ſe aduersus impiorum infidias & quaeris aduerſorum genera conſolentur. Primo itaque cogitent vias huic curriculum breue eſſe, & proinde diuina ſtudia non poſſe afflictiones, quæ hic incident. Quid, quid ex eo in ſingulas horas aliquid decedit, cum irremiſſo temporis curſu ad metam noſtram ſemper properemus. Vidi ho Marcus Caſtritus, qui Cn. Carbo ſibi minitante, & inter alia dicente, Val. Max. lib. multos ſibi eſſe gladios, reſpondit: Ego annos multos habeo. Intrepidum itaque faciebat ſenectus, 6. cap. 2.

que alios ſoleat meticuloſos reddere, cum ſe exigui temporis iacturam facere, & alioqui ſuo fini iam proximum eſſe cogitaret. Quādō magis autem hæc cogitation Christianis hominibus debet animos addere, qui ut viua tempus modicum eſſe vident, ita ſibi aeterna gaudia parata eſſe norunt, que hoc ſtadium emenſos excipient? Deinde ad hæc ſibi viam patere recordentur per moriem, que cum olim peccati pena eſſet, nunc per fidem Christo inſtitu ad vitam eternam eſt tranſitus. Addant h̄is, quid in celis extra omnē teli iactum erimus, eō quid nibil in illis iuriis eſt diabolo & huīus ministris, qui nos in hoc ſeculo infenſant. Fit etiam frequenter, ut quos in viuis agentes mundus hic odiat, ſublatos magno deſiderio querat & honorifice prædicet, &c.

Sequitur huīus actionis catæſtrophe, qua doceatur, ut grauem hanc Christi admonitionem impro Christi uerba viens aduersarij accepérint. Dixerunt inter ſe: Quo hic iturus eſc, ut nos non inueniamus eum? impij ditor, Num in diſperſionem Graecorum iturus eſc, & nocturnū Graecos? Quis eſt hic ſermon? &c. Eſc quent & rāder. hoc magnum impietatis ſumma argumentum. Quasi enim obscurius locutus eſſet, quod nam velit a- bire interrogant. Atqui ad patrem ſe abiturum dixerat. Deinde illum defectionis ad gentes inſimulat, cum nullam tam iniqua ſuſpicione occaſionem dediſſet. Adhac ſua dignitate nimis confidenter eiāgentes per contemptū diſperſas vocant: quiaſi ipſi ſoli populus ſine verē ynitus, reliquias omni- bus per loca & ſedes diueraſas longe lateq; diſperſis: cum illo tempore Iudei in ſectas diueraſas ſciſi & per orbem ferē rotum diſpati omnium gentium ludibrio ſubiecti eſſent. Erat hoc reprobaſionis fu- riua præludium, cum miseria ſuam, qua iam tunc ceperat, non ſentirent, ſed quiaſi ſalvi rebus ſuis omnibus inſolenter ſuperbirent. Cum primis verō memorabile eſc, quod cum minas Christi ſcurili- ter elidunt, ignari contra ſeipſos vaticinantur. Quod enim Christum facturum dicunt, revera fa- cium eſt. Abiit enim ad gentes, quando ipſis repudiatis euangelij lucem ad illas tranſulit, ſicut o- lim prophecia ſepiuſ monuerat. Ad eundem modum frequenter ſerio ſentient impij, quod per ludi- briū pronuntiant. Horum igitur exemplis territi, ad minas Dei contremiſcamus & exhibitam in Christo Iefu gratiam totis animis amplectamur, ut ſalutis per hunc acq[ui]ſitam hereditatem adire possumus. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

In ultimo autē die ſeſti, magno, ſtetit Iesus & clamauit, dicens: Si quis ſit, ueniat ad me, & bibat. Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura, fulmina ex uentre eius fluunt aquæ uiuentis. Hoc autē dixit de ſpiritu quem acceptiſſi erant credentes in eum: Nondum enim erat ſpiritus sanctus, quia Iesus nō dum erat glorificatus. Multi ergo ex turba, cum audiffent hunc sermonem, dicebāt: Verē hic eſt Prophetā ille. Alij dicebāt: Hic eſt ille Christus. Alij uero dicebāt: Enīmuero, num ex Galiæ ueniet Christus? Nonne ſcriptura dicit, quod ex ſemine Dauidis, & ex uico Bethlehem, ubi erat Dauid, Christus uenturus ſit? Itaq; diſſi- dium factum eſt in turba propter ipſum. Quidam autem ex ipſis uole- bant eum prehendere; ſed nemo iniecit in eum manus.

**T**oto hoc Capite Euangelista Ioannes Christum Iesum veritatem & salutis aeternae doctorem ponit, & quia in eodem veri doctoris & doctrina exemplum exhibere instituit, non modo conciones describit, verum etiam narrat ut illas Iudei excepérunt; nimur ut in ipso vidamus quae semper doctrinæ buius fors futura sit in hoc mundo, & quid eius ministros facere conueniat, quando illa in controvèrsiam trahitur. Pertinet eodem etiam præsens hic locus, qui postmodum quam in festo Tabernaculorum habuit, Christi concionem continet, cuius idem plane qui prædictus effectus & eventus fuit.

Christi fides &  
dicendi libertas  
commendatur.

Orditur autem à diligenti circumstantiarum descriptione Ioannes, eo quod he singula Christi fidem & ingenuam fortē dicendi libertatem commendant. Vbi ante omnia meminisse oportet, dum hinc sermonem fieri, quem principes iam pridem decreuerant occidere, et ad quem comprehendendam seruos suos emiserant, quod ille ignorare non potuit, qui cordium arcana inspicit. Quid vero iustificari? In ultimo die festi, magno, stetit & clamauit, &c. Tempus primò annotatur, ultimo nimur ut si illius dies, quem magnum dicebant, eo quod in eo fere omnia ea peragebantur, quorū gratia de festo Deus instituerat. Tunc enim totius populi cœtus habebatur, quem conuocationem saecula dicebant. Recitatatur in ea lex Domini, fiebant item preces publicæ, & immolabantur victimæ lennes, & ita non sine solenni & publico religioso exercito populus, qui vndeque confluxerat, mittebatur. Captavit ergo istam occasionem Christus, ut quam plurimos haberes audidores, cum quae cogniti cum primis sunt necessaria, & ut discessus summam verae doctrinæ tradere, cum cordatione postea etiati in officio cōtinerentur. Deinde gestus etiā docentis describitur. Steinum, cum illo seculo sederent qui docendi officio fungebantur. Fuit ergo hoc quoque animi intrepidi & impetrerit indicium, quo se furosis hostiis conatus opposuit; neq; in publicum prodiere & illuc per veritatem esse, ubi se ad mortem quereretur. Praeterea, non submissa voce docuit, ut solent quae audiri nolunt, & pauculis modo in aurem susurrant quod illis tradere instituerit; sed alta vel manit, ut ab omnibus audiri posset quod dicebatur. Habemus in his veri doctoris typum exemplum. Illius est, non modò interdum & obiter veritatem proponere, sed omnem captiuitatem, ne quid negligat. Solent hoc obseruare, quicunque, aliquid serio agunt. Quaoꝝ meus ergo hoc obseruare conuenit, quibus ecclesia sua & verbi ministerium Deus commisit, in quo ludis aut jocis nullus locus esse potest? Et cum tempora certa obseruent agricultoræ, & qui pices aut ferantur, nefas fuerit, si juxæ functionis idoneum tempus elabescant, quos animorum agricultoræ & boni pescatores. Deus esse voluit. Admonet de hoc Christus, quando in Oeconomio suo prudentiam cum de coniunctam esse vult, ut familia sua cibum in tempore deponat. Imprimis vero carent, si in admonitionibus eos instruant quos dimittunt, aut à quibus ipsi discedere coguntur. Sunt enim in ceuham quidam, qui absentibus quoque ministris hominum aures, vel potius conscientias, ullum ne inter varias tentationes officij sui omnino obliniscantur. Viderunt hoc Paulus & Barnabas Antiochiam, unde emissi erant, reddituri, ecclesiastis abs se collectas prius ex ordine iniungerunt, & taribus admonitionibus in fide confirmarunt, atque singulos sui admonuerunt officij. Ad hanc dum ista agunt, non villa pericula metuant, ut se se à statione sua deici patiantur, sed Christum Dominum suum imitentur, à cuius exemplo deflectere nefas putent. Dominalitatem tunc Hierosyphum præcipue in templo, sacerdotes & scribæ, hostes eius acerrimi, qui non alia re magis quam populatu continebantur, quod minus aperta vi aduersus ipsum injurient. Nam ergo sub finem saeculi periculum maius instabat, cum populus disflueret, singulis ad sua redenuntibus. Pergit tamen Dominus & maiori quam antea libertate docere capitur. Pudeat igitur nos ignavia nostra, qui Dominum nostrum magnas & præclaras vocante rationibus & anjistimis nos excusamus, quas nos in eius confessione commemorare non pudet, quasi ipse quicquam ignorare posset.

Concio Christi  
formæ sive do-  
ctrinae comi-  
nens.

Sed ipsam Christi Iesu concionem audiamus, cuius summa Ioannes annotare voluit; ut eius doctrina formam proponeret, que semper in ecclesia debet retineri, et quæ omnia absolute comprehendenda nobis ad salutis cognitionem necessaria sunt. Constat bac duabus partibus. Prima benignè adjuvat omnes, qui serio & anxio salutis desiderio tenentur. Aut enim: Si quis sit, veniat ad me, & lebet. Vbi rursum nobis consideranda est tempora circumstantia, quid nimur in ultimo die festi ut venire iubet eos, qui iam omnibus ijs probè defuncti erant, que in festo fieri solebant. Interfuerunt

erne docto<sup>r</sup>, non modo illa n ipso videtur cere conuenient, qui poterant, plane qui prius singula Christi nifse oportet, de mprehendens uid veri n sicut nimirum, quorū grauitationem faliuntur vñimis, confluentes, audidores com adere, cuius in taur. Steinem, i intrepidi em dire & illi p. vt solent quo sed alta vñlatis typum feni capare ead naga ergo huc ludiū autem aut feras re nicos & boni uidentiam cum dō current, nūt. Suni evn tientias, vellent, & Barnabas uiserunt, & A. A. D ed Christum Do ne Hierosolymam, quām populi in nem feli pericu tamen Domini i in eius confusio n, ut eius doce cōprehendens benigentē dō, iat ad me, & p. ultime dō fisiā, Interficien

emim catibū sacrī, audiuerant legem publicē exponi, sacrificia pro more adduxerant Dominō, & iam nunc in postremo huius actū versabantur. Attamen adhuc sientes dicit, & illos ad se vo car, vt ex fonte gracie hauriant & bibant aquam, quæ conscientie aestus posset refinguere. Hinc ergo luce clariss apparet, opera legis ad hominis iustificationem & veram salutem nihil potuisse conferre, nisi quid Christo adducere debuit, qui nobis iustitia, satisfactiō et sanctificatio factua est. Itaq; incepitī sunt homines, qui hodie legis iustitiam stabilire conantur, aut in humanarū traditionum obseruatione salutis meritum querunt, cum à Deo præscriptæ ceremoniæ nihil horum præstare potuerunt. Porro singula Christi verba videamus.

Primo diserte eos notat seu nominat, quos ad se venire velit. Eos nimirum qui stiunt. Nam est sientes in uoluntate. quidem Dei gratia semper omnibus exposita in Iesu Christo, eam vero non omnes amplexantur, quia non omnes sub illa opus esse putant. Ergo stiendi verbo docet, quales simus quoad nostram naturam atq; conditionem, & quales nos esse conueniat. Sumus autem in ista terraarentis & siculose, steriles nimirum, neq; ullos fructus regno Dei dignos ferre possimus. Quid enim boni ex seipso proferat, qui in peccato conceptus atq; natus est, cuies item figura ab meente atque mala sunt, & qui quantus quantum est, nihil nisi peccati seruus est? Est haec quidem magna humani generis calamitas, eò autem maior est atq; nocentior, quod illam in semetipsis non omnes agnoscunt, & proinde vel nulla sue salutis ratione habita in prauis desiderijs astuant, & ea modo stiunt, que mortem accelerare solent, vel suorum virium fiducia inebriati, suorum operum meritū nituntur. Virum vero ex his fiat, remora inicitur, quo minus ad Christum veniant. At qui suam corruptionem & miseriām verē agnoscent, iij verē salutis desiderio accensi, gratiam Dei stiunt, in qua sola remedium sibi propositum esse vident. Nec temere desiderium hoc anima suam corruptionem sentientis & intra conscientiam Animæ desideria suam astuanū sit confertur. Nam ut sit nihil molestius & intolerabilis est, sicuti in agrotantiis sit confertur.

bus & in istu magno per loca in aquosa iter facientibus est videre: ita nihil est, quod animas acutius & maiori cum molestia excrucierit, quam vbi peccata sua sibi semper ob oculos verjari, & se damnationem meruisse sentiunt homines, & nihil in semetipsis remedij inuenire possunt. Hinc enim acerbæ illæ voces promanant: Transgressionem meam agnoco, peccatum meum semper coram me est. Non est Pax obibis meis propter peccatum meum. Iniquitatis meæ transcedunt caput meum, ceu onus incolerabile trahitor sunt quam sim ferendo, &c. Item, Miser ego homo, quis me liberabit ex corpore mortis huius? Est autem haec situs nostra salutis initium. Nam qui ita affecti sunt, in ijs carnalium desideriorum aestus extinguitur, & ijsdem mundus hic totus cum omnibus suis illecebribus forde incipit, eò quod ad Dei gratiam aspirant, & æterna regni celorum bona consequi cupiunt. Comitantur ergo querelas istas, quas modo recitauimus, ardentes preces & saluberrima cum Deo colloquia, qualia sunt: Domine, ne in ira tua me arguas, ne in castigis me in furore tuo. Ut certa mig ad torrentes aquarum, sic anima mea mugit ad te o Deus. Sit anima mea Deum, Deum viuum; quando veniam, ut compaream in conspectu Dei? Misere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, &c. Domine, propicius esto mihi peccatori, &c. Hi ergo sunt sientes illi, quos cum hoc loco tum alibi Christus vocat, neq; ulli alij ad regnum Dei idonei sunt, quam qui sicut hanc mortuæ se accensam sentiunt.

At quid illos facere iubet Dominus? Veniat ad me (inquit) & bibat. Non dicit: Si quis stiit, hi sientes ad Christum ueniant et bibat. Neq; etia: Si quis stiit, querat unde bibat: Quid enim hoc aliud fuisset, quam suo ipsorum arbitrio homines permittere, quæ omnium superstitionis causa atq; origo est? Sed fontem aquæ viventis, id est gratia Dei in se monstrat, ut omnes intelligant, vbinam aqua ista inueniri possit. Ad se autem veniente, quod non alia ratione quam per fidem fieri potest. Hec enim Dei verbū secuta hominē ad Christū dedit, in quo nobis sonū salutis Deus aperuit, sicuti olim per Zachariā prophetā pro Zech. 10. misera. Hoc autem dicendo Christus in se vno monstrat, quæcumq; nobis ad salutē consequendā necessaria sunt. Quid enim hic aliud clamat, quam quod per Iisaiam Cap. 55. prius ijsdem proprio verbis ad hunc modum dixit? O vos omnes qui stiitis, venite ad aquas; & vos quibus non est pecunia, venite: comparete, & comedite: emite sine argento & sine pretio vinum & lac. Cur expenditis pecunia pro non pane, & labore vestrum pro eo quod non satiat? Quibus plane conuenit quod supra Samarii dixit: Omnis qui bibit ex aqua hac, sicut rursum. Qui quis autem biberis ex aqua illa, quam ego

dabo ei, non sicut sit in aeternum: sed aqua illa quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in vita aeternam. Quibus connumerari potest, quod Matth. 11. habetur: Venite ad me omnes qui labores & onerari estis, & ego requiem vobis praefabo. Omnim enim istorum vniuersitatem idem Iesu est, qui qui conscientia astutantis ardore reslingueret & salutem animarum certam consequeretur, ad suum vnum cotendere, & ex illo solo qua salutis sunt haurire debeant. Quid ut omnia diuina genere, ita imprimis hoc ministri observare debet, ne quos salutis siti accensos vident alio remittant aut sua somnia vel aliorum hominum figura illis propinent. Nam qui hoc faciunt, quos Cuncti populo inebriatos detinent, ut ad Christum, verum salutis fontem non accedant, & ita publici suis preditores & homicidae sint, dum vita & salutis duces haberi volunt.

**Ex Christo bibere idem est quod credere.**

Sequitur altera pars concionis, qua seipsum exponit, & primum iis pollicetur, qui ipsi obseruantur, sic dicens: Qui credit in me sicut dicit scriptura flumina ex ventre eius fluent aqua vivificante. Atqui similiudinis ratio exigebat, ut diceret: Qui bibit ex me. Sed credendi verbo vixit, probat, ex ipso bibere non aliud esse quam in ipsum credere. Vt enim qui bibunt, potum intrassimpiunt, & eo recreantur: Ita credendo Christum intra animos nostros recipimus, & eius fonte virtute irrigamus, recreamus & sustentamus, ne vallis temptationibus superemur. Dicunt quod auctoribus istis alibi prolixius, ideoque hic sumus breviores. Interim fidei regulam nobis hoc laetus scribit Christus, scripturas nimur, ex quibus ipse dicitur, & qua nos in vera fidei auctoritate inserviant. Et si regula haec obseruatu dignissima, immo admodum necessaria. Nec emendatio Christum ex nostro arbitrio fingere, quem ipsi volumus: sed talis credendum & apprehendendum est, quem scriptura sacra proponunt. Olim quidem Christo gloriabantur heretici omnes, sed idem, cum in scripturas mentis intenti essent, circa fidem nostraq; agnoscere, cum aliquo hominem, alij Deum solum in ipso agnoscere: rursum alij carnem & celo allatum somnauerunt, ut vero persone unitatem negarent, multi naturas confundentes. Credebat biornes aliqua capitulo in Christum, sed quia eorum fides scripturis sacris non consentiebat, per eam seruari nequa potuerunt. Hodie etiam Turcae Christi nomen in pretio habent, illum Dei verbum & animam faturum, adhuc in nouissimo die venturum autem ad indicandum viuos & mortuos: at qui dominus sui fakulus plus quam scriptura sacra tribuunt, Dei filium esse negant, & eiusdem mortuorum recipiunt, qua pricipia sunt redemptionis nostra capita, hac quoque illorum fides irritata est. Similiter inter Populas multa est Christi mentio, qui illum verum Deum simul & hominem esse agnoscunt, neque aliquam historiam evangelica partem rejeicunt; ideo tamen longe alii fugunt quam scriptura tradant: qui nimur veribus quinque euocatus in panem descendat, quoniam pro peccatis nostris offeratur, vicario opus habeat Pontifice, collegas admittat Diuinos & Diuinas, hoc dicendo incarnationis, mortis, resurrectionis & ascensionis eius fructum evanescant, dum non in illo contenti sunt, sed in super nouas pro peccatis nostris satisfactiones, noua sacrificia, novi mediatores fingunt, adeoque pricipiam nostrae redemptiois gloriam in seipsum & operum suorum metta transferunt. Christum ergo habent, non autem quem nobis scripturae pradicant, sed sicut gloriam solitum, & proinde veri Christi nomine frustra gloriantur. Vides ergo non temere nichil loco admoneri, ut in ipsum credamus, sicut scriptura docet. Quod etiam illud referri potest, quod in Cap. 17 se pro illis orare ait, qui per sermonem Apostolorum in se credunt, id est, qui idem ipsum agnoscunt, quem apostoli pradicarunt.

**Credentes spiritu sancto do-**  
**nantur.**

Quid vero ad hunc modum credentibus pollicetur? Flumina ex ventre eius fluent aqua vivificante. Hoc autem illum de spiritu sancto dixisse, Iohannes interpretatur. Sensus ergo est, credentes spiritu sancto liberalissime donari, qui non modo ipsorum intra animos certos faciat, sed etiam donorum genere exorneret, verum etiam in alios quoque redundet, dum ex eius suggestione malum a vita & fidei duces, adeoque salutis autores sunt. Quia enim fidei coniunctus est spiritus ille, qui nubes verbi semine regenerat fieri non potest, quin noni homines facti, fructus quoque non seruamus, quoniam uorum inflatur ad alios quoque dimicant, quos & charitatis vel beneficentie officijs, & vita fidei emplo iuuamus, ut ex nobis occasione sumpta, de Deo & toto salutis mysterio diligenter cogitant, Deum glorificant et salvificant. Factum est hoc frequenter in primiua ecclazie et multis plurimis exempla inueniuntur eorum, qui saluberrim in istis riuis doctrinae et vita sancte malos ad Christum adduxerunt.

aduxerunt, qui prius odio illius flagabant. At quia hæc Christianorum nota est propriissima, sa-  
sis apparet, quinam censeri debeant, ex quorum linguis & vita exemplo aquæ fluunt sygiam palau-  
dem & infelix Acherontis vandas redolentes, quæ euangelij doctrinam, quam proficiuntur, multo  
superioram & exosam reddunt. Sunt icti omnes à fide vera alienissimi, & nee Christi sunt, cum nulla  
spiritus Christi effecta in illis conspiciantur.

Porrò ipsum Ioannem huius loci interpretem audiamus, qui sic ait: *Hoc autem dixit de spiritu, Quomodo spiritus*  
*quem accepturi erant credentes in eum. Nondum enim erat spiritus sanctus, quia Iesus nondum erat ritum sanctum*  
*glorificatus. Debet autem postremus hoc membrum, quod ut cause redditionem subiecit, non de esset nondum fuisse di-*  
*nus spiritus sancti, neq; etiam simpliciter de eius donis intelligi, quasi usque in illud tempus nulla fue- cat Ioannes,*  
*rit. Quod enim spiritum ipsius, nunc est illud Psalmus Verbo Domini cali facti sunt, & spiritus*  
*qui eius omnis exercitus eorum. Item Psalm. 139. Quod discedam à spiritu tuo? Quod vero effecta*  
*& dona spiritus sancti, veteres illa à Deo perisse conflat, inter quos David orabat: Spiritum tuum*  
*sanctum non à me auferas. Psalm. 51. Petrus autem apostolus prophetas Christi spiritu instructos*  
*fuisse scribit, quo duce scrutati sint, quid illum pati oporteat, & quanta eius afflictiones secura sis*  
*gloria. Et rursum in posteriori epistola sic scribit: Non voluntate hominis allata est olim propheta*  
*sed à spiritu sancto impulsu locuti sunt sancti Dei homines. Testantur hoc eximia dona fidei & omni*  
*genera virtutum, que in veteribus elucerunt, nec, ad ullum alium auctorem, quam spiritu san-*  
*cum referri possunt. Que omnia cum Ioannes non ignorauerit, certum est, hac verba illum prouinci-  
*auisse de solenni illius spiritu sancti missione, quæ primum in die Pentecostes facta discipulos pueri*  
*ma & nunquam ante viis spiritus sancti donis repleuit, ut nimis scripturas nosset, linguis pe-*  
*regimus loquerentur signa facerent stupenda, & tā dicendi libertate imperterrita quam vitæ exem-*  
*plobofibus quoq; terrori & admirationi essent. Prexixerat hanc spiritus missione olim prophetæ,*  
*& inter hos loel imprimis, cuius auctoritate Petrus eodem die scriptum & collegas suos aduersus im-*  
*pios calumniatores arguilllos defendit. Debet autem missio ista differri usque in glorificationem*  
*Christi, que iphi in ascensione obiicit, quando corpus suum è terris in altum subiexit, & ad dextera-*  
*ram patris collocari cœlesti gloriæ donavit. Tunc enim hoc ablatu pios novo salutis arrabone con-*  
*firmari, & paracletum novum accipere discipulos item spiritus donis liber aliter instrui oportebat,*  
*ut inrepidam fidei constantia regnum eius, siccius iussi erant, longè latè propagarent. Est autem non*  
*oficitar prætereundum hoc euangelio exemplum, qui Christi verba, quæ multis obscuriora vi-*  
*deri poterat, interpretatione sua illustrare voluit, ut absurdis & ineptis cogitationibus ansam pre-*  
*riperet. Observarunt hoc sape apostoli, & ipse Christus frequenter interpretatus est quæ in parabo-  
*la ante obscurius dicerat. Liceat ergo scripturas expondere, inquit ut hoc fiat neceſſe est, quod multa*  
*in iis occurrit, quæ si secundum literam accipiuntur, ipsos fidei articulos euerterent, & quæſtiones*  
*pararent nunquam finiendas. Quare nimis inepti & durisunt, qui literam ubiq; perinaciter vr-*  
*gent, & mox pharaticos & sacrilegos vel hereticos esse clamant eos, qui obscuriores & duriores lo-*  
*covalatione aliorum locorum & observata fidei analogia illustrant & leniunt. Vbi tamen ijs mi-*  
*nime patrociniamur, qui impia confidentia quiduis effurunt, & quasi scriptura priuati ipsorum iuris*  
*sigillatis ex quo quis fingere audent. Sed de his dicendi locus alibi erit commodior.***

Transamus nunc ad postremam huius loci partem, quæ concionis ictius effectum continet, quem *Dissidium ori-*  
*mulus describit Ioannes; summa autem omnium est, quod dissidium in populo propter illum factum tur propter*  
*spiritus dicit. Sit hoc ferè semper quando euangelium predicatur, quod Christus non uno loco disserit*  
*monet. Vbi nemo putet hoc euangelij vitio fieri, cuius doctrina paſsim nobis unitate fidei & chari-*  
*tate studium commendat. Malo ergo huius causa est, quod diuersa sint hominum ingenia, & quod*  
*laientur in animis improbatam sua luce euangelium arguit atq; reuelat. Vt ergo salutaria & effi-*  
*cacia pharacula non ipsa humores noxios gignunt, sed iam ante collectos & suo demum tempore eru-*  
*piros mouent, ut ocyti evigilantur. Ita euangelium per se dissidiorum causa non est, sed facit, ut diss*  
*dissimilacum impetrat non sine tumultu prodant, qui nisi vigerentur, fortassis diuitias monstrum*  
*illud fuerint, donec cum publico omnium interitu illud in lucem ederent. Neminem ergo eiusmodi*  
*turbæ offendant, quæ certa sunt sacrae ex sua possessione iam discessuri indicia. Proponuntur autem*  
*in prefensiis duo dominum genera, & in singulis quedam diuerſitas eluet. Primum eorum est, qui iudeorum de*  
*Christo iudicis,*

aliquid fidei semen conceperant, quod iam intra animos ipsorum germinare incipiebat. Ex hī vī alij Prophetam illum magnum esse dicunt, quem à Moysi olim promissum fuisse, iam multo rē dī mus: alij ipsum Christum, id est promissum illum populi seruatorem aut redemptorem esse refūtāt. Atqui r̄nus & idem erat, quem Moses prophetam, prophetæ vero Christum sive Vincum Domini dixerunt. Fuit ergo hāc crassa nūs ignorātia scripturarū inter Iudeos in eo articulo, quoniam inib⁹ notissimum esse oportebat. Causam huius dicere possumus partim sacerdotū & scribarum negligētiā, partim quod vulgo regnum promissi Messiae terrenum somniarent, & prōinde in Regno illo nihil prophetici agnosceri possent. Videntur autem isti respexisse ad prophetias, que fr̄lū Messiae regni piorum conditionem & r̄berem spiritus sancti gratiam aquarum & fontium patib⁹ describunt. Observabimus h̄c obiter quantum mali dent antifides ignani aut perfidi. Et ignorātia sub his deuenit populis, ut pr̄cipua fidei & salutis capita nō intelligat, aut saltem nō edificet. Est hoc videre in Papatu, ubi paucos reperiāt, qui orationis dominicae sensum teneant, aut Iudei apostolici articulos ferio expendant. Quò fit, ut cūm ex his argumenta proferuntur adverſarii superstitiones, perinde obſlupescant aut etiam insiniant, ac si res noua vel palam impia preferantur. Docemur præterea iſorum exemplo inter electos non paria esse spiritus dona, nec eandem apud unius esse fidei mensuram, sed alios alii praestare, prout Deo r̄sum fuerit, qui dona suarē & cetera pro nostri capitiō ratione dispensat. Ergo non offendamus statim, si quos adhuc minus pr̄videmus, neq; etiā tales statim damnemus, sed potius (ut Paulus monet) suscipiamus cum benignitate, ut pleniora edocili proficiant. Rursum qui se reliquias inferiores esse vident, non innidantur dona præstantioribus, ne dum homines odioſe carpūt, in ipsum Deum peccant, qui ipſos pre dignare dignatus est. Denique studeant singuli in commune deponere quod ipſis datum est, non sine communis edificatione seruati.

**Aduersarii** Alterum genus hominum, quod hic producitur, Christi aduersarios & hostes habet, quoniam Christi scriptū inter se diversi sunt. Alij enim rationibus & argumentis aduersus eos pugnant, qui ipsū lūris abducuntur.

esse dicebant. Enimvero (autem) num ex Galilaea veniet Christus? Nonne scriptura dicit, quod semine Davidis, & ex vico Bethlehem, ubi erat David, Christus venturus sit? Scriptura aīgā allegāt, sed ijsdem turpi ignorātia abutuntur, dum non obseruant ipsum Bethlehem natum, sicut Micheas prædicterat, educatum verò & manifestatū primò in Galilaea, quod ipsum inde debuisse Mattheus cap. 4. ex Isaia docet. Sunt itaq; isti exemplū eorum, qui sub ipsi fidei obſtaculū ponunt, & ex scripturis colligunt argumenta, quibus aduersus veritatem & propriam salutem pertinaciter pugnant. Fecerunt hoc olim heretici, qui (ut Tertullianus olim script̄) esse non possunt & perperam scripturā intelligi possent. Solent enim (ut idem pater lib. 4. aduersarius Matthei) annotauit (aut nudas & simplices voces conjecturis, quod volunt, rapere: aut rursum conditiones rationales simplicitatis conditione dissoluere. Exempla apud veteres paſsim occurunt, quibus memorandū infistere non est opus, cū nostro seculo hoc ipsum omnes faciant, qui puriore euangelio renascentis doctrinam extinctam volūt. Quis enim nescit papatum totum eiūmodi argumentū, quae ex scripturis male detortis petita sunt? Similiter Anabaptistæ parvulorum baptizant, cōrāndi r̄sum, ius gladij, ordinarium ecclesiæ ministerium & quemcunq; alia ipſorū favorib⁹ adhibent, sunt, scripturæ verbis oppugnant. Et in sacramentaria contentione aduersarii Canæ verbis fundūt, quae ex scripturis accepta pertinaciter infistunt, nec quicquam admittunt eorum, quae de corpori Christi veritate, de eiusdem ascensione in celos, de Canæ fine & r̄fū ex eiusde Christi ore producuntur, potius, ut in Canæ verbis Tropū omni excludat, scripturæ locos infinitos, immo diuersos quoq; fabulosos et historicos de Christi gestis narrationes Tropū expositionibus obscurat, detorquet, ad dubium vocant. Ad eundem lapidem offendunt qui Chiliasmā errorē inflaurare student, aureum quoddam seculum fingunt, quo in profunda pace & extra omne periculum p̄iū sub Christi terris victuri sint, sublati simul omnibus, quae ipſis possint aliquid negotiū facere. Abnusus est prophetarum oraculis, qualia sunt, quae I. a. 2. 11. 35. 60. 61. 65. &c. habentur, & secundum litterā vniuersali totius orbis pace exponunt, quod spirituali sensu de interna ecclesia felicitate intelligi ad solos pios restringi debet. Eadem illorum ratio est, qui regenerationis & iunovationis mysterium ita interpretantur, ut mox damnent omnes eos, in quibus aliquas carnis & pacato-

**De resurrect. carnis.**

guas confitentur: in totas ecclesiastis immanni audacia reiiciunt & conculcant, in quibus non omnia  
ipsorum placitis respondent. Ceterum aduersus omnes istos tenendū est, non temere quibusvis credi  
debet, qui scripturas in ore habent, sed cautione & attentione diligenter opus esse, ne inanis falso deci-  
piamur. Quid enim non audet satan in suis membris aduersus nos, qui aduersus Dei filium corām  
scripturis impie decoris pugnare non est veritas? Vera quidem & rata perpetuo manent sacra scri-  
pure verba, sed non semper eo sensu vera sunt, quem illis affingunt, qui ipsorum autoritate pro suo  
arbitrio abutuntur, & male conceptos errores tueantur.

Sed ad Christi hostes redemamus, quorum alij primis istis peiores ipsum prehendere & ad princi- Hostes Christi  
pes abducere voluerū; nimis quod argumentis nihil aduersus illum profici viderent. Et tales qui  
semper excitat satan, quia veritate rationibus rectis, argutis & mirificis faciat nequequam  
oppugnari nouit. Experimur hoc hodie, quando insignes Theologos non pudet publicè classicum ca-  
nare, ut reges ad armis vocent, quibus veritatem doctrinam opprimant. At hic nobis in mentem re-  
membratur, quod hoc ipso loco subiicit Ioannes: Sed nemo iniecit in eum manus. Voluerunt quidem illum  
caput abducere, neq; dearent ad hunc capiendum emissi ministri, quos publica autoritas aduersus  
populi furem tuebatur. Nec aliquis mentio sit, qui istorum voluntati & conatu se opposuerit.  
Non tamen quicquā mali ei faciunt: Ergo occulta Dei virtute repressi sunt, ne auderent quod vo-  
lebant, & quod insuper posse videbantur. Est hoc plenum consolationis, qua nos ipsos confirmare de-  
bemus, si que pericula imminent. Dominatur enim Iesus Christus in medio hostium suorum, &  
idem suos in mediis periculis facile tuebitur. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in ater-  
num. Amen.

## HOMILIA LXV.

Venerunt ergo ministri ad pontifices & pharisaeos, qui dixerūt eis:  
Quare non adduxisti eum? Responderunt ministri: Nunquam ita lo-  
cutes est homo, ut hic homo. Responderunt ergo eis pharisaei: Num &  
uos seducti estis? Num quis ex principibus creditis in eum, aut ex pha-  
risais? Sed turba haec, quae non nouit legē, execrabilis sunt. Dicit illis  
Nicodemus, is qui uenerat ad eum nocte, qui unus erat ex illis: Num  
lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso & cognoverit  
quid faciat? Responderunt & dixerunt ei: Num & tu Galileus es? Scru-  
tare, & uide, quod à Galilaea propheta non surrexit. Et profectus est quis  
que in domum suam.

**O**mnis quidem scriptura regnum Iesu Christi aeternum, & proinde inuictum atq; insuperabile  
fore docet; eadem tamē illud in praesenti seculo multiuariam oppugnari testatur, neq; hoc ipse  
Christus dissimilat, quādo discipulos frequenter de cruce admonet, & aduersus omnia generis peri-  
cula preceptis atq; consolationibus instruit. At quia hoc carni molestissimum & scandali plenum est,  
non doctrina modo, verum etiam exemplo proprio nobis preire voluit: quod ut alibi, ita in praesenti  
que historia luculentissimum proponitur. Haec enim sanguinaria hostium consilia & crudeles  
infidas audiuntur, quibus illū intercipere conati sunt. Vidiimus item diuersa de illo vulgi iudicia,  
cum alijs doctrinam & facta eius probarent, alijs damnarint, quidam etiam in principum gratia il-  
lum capere voluerint. Inter quae omnia sic se gesit, ut partim discamus, quid nos in simili casu face-  
re conueniat; partim quoq; intelligamus, quam vani sint impiorum omnium conatus, qui Christi re-  
gnūm euerum volunt. Ad cuius consolationis confirmationem plurimum facit praesens hic locus.  
redit enim euangelista ad historiam de ministris, quos ad illum capiendum emissos fuisse supra au-  
diimus, & narrat quam ridiculus conciliū huius aduersus illum in isteū finis seu exitus fuerit.

Et primo quidem ministros redisse ait in suorum dominorum conspectum: qui cum ab illis Chri- Ministri sine  
stum non adduci viderent, indignabundi magno cum stomacho interrogant: Quare non adduxisti Christo rededit.  
eum? Ita enim solent personati præsules, qui sibi omnem in sacris potestatem vendicant. Quia enim

prophano fastu se supra Deum extollere, & sub inani religione praetextu cum illo luderi audierat, intolerabile scelus illus esse videtur, si inter homines reperiantur, qui se illis vel palam opponunt, non simpliciter obediunt. Et huius generis exempla hodie non modo in Pontificibus, Cardinalibus & Episcopis videmus: verum etiam in Monachis, quorum olim nulla erat in ecclesiis autoritas, non autem ita sibi omnem in illis potestatem vendicant, ut legitimis magistratibus quoq; se opprimit, ditiones alienas suis foribus polluant, & ira tantum non rumpantur, si quis secus quam ipsi presul aliquid liberius dicat aut faciat. At quo spiritu agitante hoc agant, istorum exemplo docemur, de quibus in praesenti agitur. Nemine ergo ecclesiastica aut diuinae autoritatis praetextus terret, quoniam tales sibi falso usurpant, & quem olim magna cum ipso confusione illis Deus eripit, & in populo formidabiles esse definant.

Ministri sacerdotum Christi testimonium ferunt.

Quid vero principibus Iudeorum ministri respondent? Nunquam ita locutus est homo propterea homo. Quasi dicent. Ideo non adduximus eum capiendum, quia indignum putauimus, qui aliquid in tumeliosum pateretur. Incidimus enim in eius concione, quae eiusmodi fuit, ut nihil huic simili audiunisse cogamus fateri. Tanta in verbis eius gratia eluxit, tanta doctrina gravitas & iusta operatio animos nostros perculsi, ut nihil in illi tentare potuerimus, &c. Ita vero Christum esse testantur, de quo olim Psaltes dixerat, gratia in labiis eius diffusam esse: & dum testimoniū eius doctrina tam praelarum perhibent, non obscurè doctrinam, quae tunc à scribis & iurib; proponebatur, ceu futilē & inefficacē, reprehendunt, simulq; heros suos iniquitatem & ignorāc; accusant, qui talēm persequi ausint & extinctum velint. Elucet itaq; hic magna pars Dei virtutis, quo hostes etiā interdum intra animos suos conuincentur, ut velint nolint, veritatem suū ferre cogantur; quod hodie frequenter euenire scimus. Vbi tamen obseruabimur, non sufficiunt, nisi emollii cedamus, & Deo nos praebeamus obsequentes. In hoc enim isti peccant, quod in Christi virtute senserint, neq; dissimilare possint, illum à Deo missum & singulari spiritus traxi instruēt, non tamen se illi totos subiiciunt, sed in eorum seruitio manent, quos aduersus illum hostiliter affectos esse sciebant. Hoc autem illos priuati commodi & ventris gratia fecisse non dubium, cùm nulla commodior vita ratio se illis offerret. Eſc; hoc nimis vulgare hodie, quando multa illicita cum apertis Christi hostilibus commercia non alia ratione excusant, quām quid rei domus aliter considerare non possint. Coguntur illi multa audire quae nollent, & quia ad ea responderi inadident, turpi dissimulatione veritatem abnegant, & fidei semen, quod iam animo conceperant, castigunt. Taceo nunc eos, qui agnitam veritatem conuicti proscindunt, ut eos sibi demereant, quorum amicitia sibi vitile esse putant. Imò frequenter fit, ut tales tandem manum quoq; aduersi cogantur ad veritatem opprimendam, quod hisce sacerdorum seruis accidisse in passione Christi gloria suo loco videbimus.

Deinde obseruatu digna est hoc loco Dei potentia, qua hostium suorum conatus eludentur. Emisi fuerunt ministri isti, ut Christum capiant, ne in templo docere perget; nec dubium est, quin heris suis hoc officium illi praestare voluerint. Sed ecce Christi verbis ipsi capiuntur, & ad hos suos reuerbi, doctrina eius testimonium ferunt. Simile quid in eius sepultura & resurrectione audit, quando eius praecones & testes facti sunt milites, qui prohibere debuerant, ne à mortuis regenererent. Sic Paulus ad vastandum ecclesias Damascum emissus, subito mutatus & ex persecutore apostolus factus est. Et huius generis exempla in historijs multa paſsim occurrent, & nunquam non completerunt, quod in Psalmo secundo scribiuntur, Deum consilia eorum ex alto deridere, qui aduersi sunt & vinctum eius coniurant. Unde nos consolationis argumenta petere debemus, si hodie summa contra multos aduersus ecclesiam conspirare audimus.

Nemo obediens illicita iubentibus. Officij præterea exemplum hoc ministrorum nos admonet, ne vel heris priuatis vel magistratibus obediamus in ijs, quae illicita sunt, & ad gloriam Dei opprimendam instituuntur. Semper enim firma ratag; manere debet regula Iesu Christi: Date Cœsarι quae sunt Cœsarι, & Deo quae sunt Dei. Et ut impie agunt principes, si non contenti suis finibus, in Dei ditionem ius suum extenuant, ut vel cultum Dei verum aboleant, vel doctrinā veritatis extinguant: ita maxima dilectionis eorum levitas, qui cùm in baptismo Christo nomine dederint, aduersi illum opera suum locant, quos eius hostes esse nouerunt. Viderunt hoc apostoli, qui cùm à Senatu Hierosolymano inven-

a doc  
bius.  
Hebr  
manu  
di era  
subir  
ergo t  
dum  
statu  
furam  
& cor  
ambō  
S  
uitijs  
Sedut  
ment  
sit se  
exerci  
res e  
aure  
ipſa e  
gelij  
juo pr  
mou a  
Chrif  
didi  
ter se  
nes n  
nume  
euang  
qui q  
Cardo  
macio  
ſitri  
quam  
dico  
tria  
qui q  
noua  
dam  
euang  
euli  
enuen  
rioni  
Lame  
prisim

ludere ad  
lām opponit, &  
Cardinalium  
aut horitas, ut  
p. se opponeat  
quām p. ducit  
docemar, de qua  
tus terrae, quām  
ipies, ut fide  
us est bona, nū  
z, qui aliquā  
il huīus simile  
ut et t. effici  
Ita vero Cī  
; & dum t. sū  
scribus & iu  
ritutis & iu  
magna vītū  
veritatis us  
mus, non suff  
eccant, quād  
i spiritus pī  
os aduerſūl  
fēcisse non sū  
die, quando m  
uōd rei domī  
reſpondērēt, e  
lēmērērāt, qu  
n quoq; admī  
ſſōnōis Chriſ  
us eludere cōf  
nec dubium ē  
neur, & ad h  
efūrērēt, e  
mōrūs rēfug  
x perſecutōrēt  
nō nō nō nō  
nō aduersus ip  
pōdē ſimilērēt  
is vel magistrō  
rur, Semper em  
& Deoque fo  
s ſuum extēr  
ita a mēxūlēt  
ā ſum locant  
itano inbērēt  
ā dōcul

à docendi officio ceſſare, ynanimi conſenſu reſponderunt: Oportet Deo magis obedire quām homini  
bus. Et in veteri teſtamento obſtrices Egyptia laudantur, que contra regis ſui edictum infantes  
Hebraorum feruuntur. Peritent hue quā de Daniele & ſocijs eius leguntur, qui regum ſuorum  
mandatis ſe conſtanter oppouerunt, cum ea iuberentur, que ſalua pietate & fide, qua Deo obſtria  
uerant, fierinos poterant. Quorū veſtigia ſecuti ſunt Martyres, qui queuis ſupplicia maluerunt  
ſubire, quām principiū edictis & legibus cedere, quibus fidem in Christum abnegare iubebantur. Eſt  
ergo turpis & impius illorū error, qui in fidei & religionis cauſa magiſtratibus ſimpliceriter obedien  
dum eſſe clamant, & ſeditiosos reipub, turbatores eſſe aiunt eos, qui re Deo obtēperent, principiū  
ſtatuta negligunt. Faciunt quidem illi ſibi blanditiās, quando omnem culpan in principiib; iūis hā  
ſutam avibantur. At multū fallit eos hāc ratio: quia re ſua fidei iūſtus viuet, ita ſua defectione  
& contumacia damnationem merebuntur, qui Christum deſerunt, & ſi cœcūs caco dux fuerit, ſimul  
ambō cadunt in foneam.

Sed accedamus ad principiū reſponſionem, plenam arrogantiæ & iniuitatiſ. Prīmō enim con  
ſuij agunt, quibus & Christum & miniſtri ſuos proſcindunt, Num & vos (aiunt) ſeducti eſtis? Sacerdotum  
reſponſio.  
Seductorem ergo vocant Christum, & Emphaſim habet particula, v o s, qua rei indignitatē expri  
muſt. Quaſ dicent, Tolerabile videri poterat, quod homines plebei & rerū imperiū doſtrinū fal  
ſe circunueniri & ſeduſi patiuntur, quibus nīl commercij intercedit cum doſtriñ & rerum vī  
exercitatiſ, qui in auhoritate conſtituti ſunt. At quod vos quoq; illos imitamini, qui nobis familiā  
reſeffiſ, & quorū ministeriū vī dignamur, id demum ferri nullo modo potesſe. Quo loco obſer  
vare debemus, que nam Christi & euangelij eius ſors ſit in hoc mundo. Seductorem vocant eum, qui  
ipſaſ veritas, lux & via, & quem nullius erroris vñquā potuerunt conuincent. Similiter euangeli  
j doſtrina falſi accuſatur, cum ad unum Deum nos deducat, & quidē ea via, quam ille in verbo  
ſu proſcripti. Factum hoc omnib; ſeculis, & hoc ſtrategemate ſatan reuit, ut bonorū quoq; ani  
mōs à Christo & ſalutis doſtrina alienos reddat. Obſeruent ergo illius artes quibus ſua ſalvo cordi  
eſti, neq; calumnijs eiusmodi ſeſe abſterri patientur, ſed in rem ipsam diligenter inquirant.

Dende exemplis quoq; vīuntur principes iſti, ut ſuī nominis auhoritate & ignobili ſectatorum Exemplis ma  
Chriſti ſpecie miniſtri ſuos ab huīus fide abſterreant. Addunt enim: Num qui ex principiib; cre  
gnatum ueritas  
diuit in eum, aut ex pharisaīs? Sed turba hāc, que non nouit legem, execrabilis ſunt. Conferunt in  
ter ſe Chriſti ſectatores & hoſtes: & in illorū quidem ordine imperitū vulgus colloquunt & homi  
nes nullius preiij, quos propter legi ignorantię execratione dignos dicunt: inter hos vī principes  
numerant tam ecclesiasticos quam politicos, & imprimiti pharisaeos, quorum propter ſingularem fan  
titatiſ exiſtimationem ſumma erat inter Iudeos auhoritas. Eſt hēc omnī grauifima ratio, qua  
euangelij hoſtes apud ſuos vīi conſueverūt. Videſte quoq; (iniquitū) vīi partis homines, & mox  
quid vī ſacere oportet intelligeriſ. A nobis enim ſtant Imperatores, Reges, principes, Pontifices,  
Cardinales, Episcopi, deniq; quotquot in mundo aliquā ſapientiā, dignitatiſ & ſanctimonii exiſti  
mationem ſuſtinent. Num hos omnes nulla ſua ſalutis cura teneri putatiſ? aut viri eruditis ita de  
ſuī putatiſ, ut quod vīrum eſt non intelligent? Quod si alteros illos ſpēcleris, Deum immortalem  
quam videbitis hominum colliuīem? Quos enim alios quām ſutores, cerdones, agricolas, nauas &  
alios huīus generi homines quos natura rerum nouarum ſtudioſos finxit, reperiētiſ? Quibus ſi qui  
aliquā ſuī ſunt aliquā dignitatiſ titulo prædicti, ij aut apostata ſunt perfidi, qui abieciſ a cuculla vī  
tū & Veneris ergo ex clauſtri ſuis effugerunt; aut principes obārati & bonis ſuis exuti nobiles,  
qui gradum ſuū ſe teneri non poſſe vident, niſi ſub religioſis praetextu bona aliena inuadant, & res  
non ſuī modiantur. Hēc (inquam) pleno ore hoſtes noſtri coram imperiū tonant. Et licei in quibus  
dam ſplendide mentiantur, & multos potentiā & dignitate ſumma prædictos aſtrūe prætereat, quos  
euangelio fauere & Chriſti ſidoſ ſectatores eſſe probē norunt; vīre tamen dicunt, quod huīus ſe  
culi ſplendore noſ longē ſuperent. Nam hoc ipſum Paulus quoq; facetur, inter Chriſti ſectatores ferē  
intenſi obscuros, ignobiles, infirmos, ſtultos, & qui mundi huīus excrementa ceniſi poſſint. At ne  
mīnū illud offendere debet. Scimus enim hominum auhoritatē in fidei & religionis cauſa nul  
lam eſſe, niſi Dei verbo conſirmetur. Et dum iſtorū glorioſas voces audimus, quibus nos contem  
piſimē abſiunt, illud Chriſti nobis in mente veniat: Gratias ago tibi pater, domine celi & terra,

quod absconderis hec a sapientibus & intelligentibus, & reuelari ea parvulis, &c. Negamus, quando insuper successionis sua ordinis & longi temporis præscriptionem in medium adiungunt, & eo pretextu sibi supremum ius in ecclesia vendicant. Quod enim ista omnia, potius iudeorum antistitum causa, quoru[m] ordo a Deo institutus, ab ipso Aaron ad illos vsq[ue] erat præceptus, & annis iam amplius mille quingentis durauerat. Quin etiam lege diuina illorum auctoritate defendebatur, cum ex populo Dei excidi iuberetur, qui summi sacerdotis sententia spernere audebat. Ceterum conditionaliter hac auctoritate illos donarat Deus, ut nimis ex lege sua decretum pronunciarent, non pro suo arbitrio. Sic enim Malachias cap. 2. ait: Labia sacerdotis cubilis scientiam, & legem ex ore eius requirent. Quam conditionem cum ipsis negligenter, vanus fuit auctoritas sacerdotalis praetextus, & merito contemni debuerunt ab omnibus: quod ipsis evanesceret idem propheta predixerat. Quanto magis igitur hoc in nostris obseruari debet, quoris auctoritas & omnis dignitas non alio, quam inani & fragili traditionum humanarum fulcro nititur?

Sacerdotes se-  
ipsos suo ore  
damnant.

Priusquam vero ab horum verbis discedamus, obseruari præterea debet, quam impudenter proprio testimonio ipsis condemnent. Primo enim hoc nomine gloriantur, quod nemine sui ordinis habent, qui Christo credat. Ergo laudem querunt in scelere, & excidio digni fuerunt, qui salutem euangelium abs se repellunt, sibi laudi ducunt, & veteres superstitiones nimis ambitiose faciunt. Nec dubium est, quin illis quoq[ue] haec gloria magno constituta sit, nisi maturam agant penitentiam. Interim facit hoc multum, ad doctrinæ Christi commendationem, quod ipsis probari non possint, quos totos pessimis affectibus dediderunt. Hinc enim patet, eam cum varijs nibil commune habent, ut eam infelix mundus proficiat atq[ue] diffamet. Deinde populum legis ignorarum, & prouidentiam dignum esse audent. Quod si verum est, cuius quoq[ue] culpam hanc fuisse dicemus? Nomini rum, qui populus in legis cognitione sedulò instituere debuerant? At sublata legis doctrina manu ditionibus miseram plebem ab ipsis circunductam fuisse scimus, que sectarum causa fuerunt, in Pharisæos, Sadducaeos & Essenos scinderentur, qui unus & eiusdem fidei atq[ue] religionis cultores debebant. Seipso ergo accusent egregij isti antistitites, dum vera fidei & salutis doctrinam omni iniuriam facere volunt. Quis vero adeo stupidus est, qui non in ipsis nostris eccl[esi]is antistitum me agnoscat? Queruntur illi postea de euangelica doctrina progreßu, quam nouam & seductivam dicant; Populi item stoliditate accusant, qui doctoribus nous tam facile fidei habeant, & reliquorum religione nouam fidei & cultus diuini formam sequatur. Et ne quid omittant, maximum homali causam in eos rejeciunt, qui libros sacros nostro tempore in linguis vulgares transtulerunt. Hoc enim factum audent, ut rerum sacrarum imperiis scripturarum lectione nouas & absurdas opiniones conceperint, quibus orbi Christianus in partium studia sit distractus. Neg, his contenti, dico uenient & solenni cum pompa excommunicant omnes eos, qui meliora edocti ab ipsis hys egredi cessionem fecerunt; & in posterum caendum esse clamant, ne biblia vulgo legantur; & ut a litteris nostrorum lectione populus absterratur. Sed licet mibi patres Reuerendissimi, panis vobis agere. Si tam stolidus est populus, quam vos illum esse dicitis, cur non vestra vos puderis ignarus quid grauius dicam) qui illum tam turpiter hucusque neglexisti? Cur eccl[esi]is a vobis persequentes mulones, agajones, stabularios & nequitia vestra ministros praefecisti? Cur sublata vestra doctrina linguam peregrinam in sacros eatus inuexisti? Cur laicorum libros scisisti imaginibus quas mendacij & erroris doctores vocat prophetas? Cur vobis authoribus sub novo Testamento per eum populi Dei conditio, quam olim sub Moysi fuerit, quando libri sacri lingua vulgari extabantur, cuius priuato domi sua familiarium in lege Domini licebat inserviere? Cur non fides Christiana principia fideleriter tradidit, ut horum notitia premuniti ruidores impostorum dolis minus patienter adhuc in populi ignorantia vestra tyrannidis praesidiū constituitis? Deniq[ue] cur exercitiam exercitare, quales quales sunt, vestra culpa sunt? Respondete ad ista si potestis: aut si non potestis, culpan agite, & de ea emendanda serio cogitate. Nec enim verborum phaleris Deus decipitur, neq[ue] si nimirum ementito splendor terretur, quod minus in eos animaduertat, qui populum suum vel ipsi seducunt vel ab alijs seduci patiuntur. At nequicquam haec illis dico, qui non minus quam olim iudei a consuetudines admonitiones obduruuerunt. Ad pios ergo reuertor, quos moneo, ut in veteri hoc scelere inter-

c. Neg. tunc  
in medium ab  
nia, potior fui  
sq; erat pro  
lorum auctorita  
tis; spernent au  
lege sua de re  
serdatis cultu  
vanus fuit am  
ipis eum tam  
quorū sacerdotia  
nitius?  
am impudic  
mē suū ordinis  
nt, qui iahua  
consummata  
mbitostas  
gant panitia  
non possit q  
mune habet, n  
& ponde ex  
ue? Nominis  
doctrina nos  
us fuerunt, n  
igionis cultu  
loctinam omni  
antistitium  
s & seductio  
eat, & nihilam  
maximinis  
rancularū, H  
& absurdaque  
is contenti, d  
ipiorū hincog  
tur; & rā datur  
i, paucis reb  
pudei ignau  
a probis palliis  
Cur sublata re  
s feciūs imagi  
to T̄stamentū  
lgari extabat  
ei Christiana p  
rinus patens  
exercitamus eu  
effis; culpm ag  
tur, neq; timore  
a rel ip̄s secur  
olim Iuda; ad c  
hoc secundū in  
boſce fidei dominatores agnoscant, neq; vallis eorum clamoribus aut minis terreantur. Disperat enim illorum confilia Dominus, ut postea audiemus: & licet illi maledicant, benedicet tamen suis Deus, maledictio autem in illorum redibit capita, qui Christum omnis benedictionis auctorem in verbo & membris suis persequantur.

Sed ad presentis loci historiā redeamus, qua docetur, ut viuis hominis intercessio istoru imperii Nicodemus col<sup>o</sup> fegerit, qui Christum iam absopere videbantur. Prodis enim vius ex illorū ordine præter omnī legi rum furorē expectatione, Nicodemus nimis, qui (ut tertio Cap. vidimus) noctū ad Christū venerat, & ab eo se opponit. in fidei vera principijs & humanae redempcionis negotio probe institutus fuerat: & quamvis formidolosus adhuc illius causam nondū audiret palam fuscipere, in hoc tamen incumbit, ut legū et publicis autoritate sanguinaria istorum confilia intercuberet. Nec enim Christo aperte patrocinatur, quin eius ne mentione quidem facit, sed modum agendi, quo procedebant, improbabilius officiū admoner. Quo loco aliud exemplum Dei hostes suos ludificans proponitur. Dixerant illi, nemine ex principiis & phariseis Christo credere. Et ecce occuleus Christi discipulus est Nicodemus, quem et principem & pharisaūm fuisse constat. Accidit hoc frequenter tyranni & ecclesiæ hostibus, ut inter suis familiares habeant eius doctrinā & fidei fautores atq; patrōnos, quam ipsi extintā volent. Sic Pharaō, cum de Israelitarum gente vel excindenda vel opprimenda & sub imperio suo continenda cogitaret, illius vindicem atq; liberatorem, Mosem, in fine suo fouet, & nepotis loco educat. Sic Abdias, cum prophetas Dei omnes ad necem quereret, Abdiam habet prefectum pretorio, qui illos infelices ab conditois seruat & alit. Ita Nabuchodonozor ille Magnus, cum veri Dei templum vñacum urbe excidisse, ecclesiæ membra per omnes Orientis prouincias longe lateq; dispersisset, rotuq; in hoc incumberet, ut Babylonicas superstitiones ad omnes populos propagaret, ius interea impensis educari & in artibus bonis institui curat Danielem eiusq; socios, quorum studio verus Dei cultus postea feliciter propagatus es. Eadem posteris temporibus Romanorum Imperatorum fors fuit. Primum ecclesiæ hostiles manus admouet Nero, & in Christi cultores crudelibus supplicijs gravat. Idem tamen inter anticos suos habet verē credentes, quorū mentionē Paulus facit in suis epistolis. Similiter cum Diocletianus & Maximianus aduersus Christū & ecclesiā eius cōspirauissent, & per omnes Romani Imperij prouincias in pios immunitib; tormentis seuirent, non possunt tamen Constantium cum filio Costantino tollere, quorum ille interea apud Britannos ecclesia tuebatur, hic vero postea cultus Deorum omnes evētit, & ecclesiæ pacem dedit. Juliano item abolitas superstitiones volenti reducere militarunt Iouianianus & Valentinianus, qui illius in Imperio successores & verē fidei defensores fuerunt. Possem his nostri seculi exempla connumerare, quæ multa & præclarata vidimus, nisi sit not a effent. Discamus nos in hisce omnibus Dei potentia agnoscere, & ex ijsdem petamus consolationem, si quando omnes simul in ecclesiæ excidiū confirauisse videntur: neq; dubitamus posse Deum illius patronos & vindices ex hostiū numero suscitare.

Ceterum Nicodemi nostri exemplū paulò diligenter considerationē meretur, quæ cum primis Quid in Nico  
necessaria est ijs, qui similiter aperiū Christi hostib; cōuersantur, & illis inferiunt postquam verē demo laude &  
iāti cognitione sunt illuminati. Pleriq; enim istoru exēplo hoc turpisimē abducuntur, dum fidei dīs quid uituperio  
simulationē, in manifestam abnegationē huīus prætextu excusat. Qui etiam dum sibi ipsi molliter  
blandiuntur, ferē excuso numinis meru & verē pietatis sensu, paulatim ad superstitione redeunt,  
quibus quā apud pios fecerū fidei vera professionē impie polluant atq; prophantan. Hi ut isto præ  
textu modis vñancur, Nicodemū laudibus magnificis euebunt, & tantū non Christianū Aiacem  
& fidei aterrimum protectore ex eo faciunt, qui tamen in presenti actione non hominis verē Chri  
stam, sed tantummodo viri politici & iusti iudicis exemplum præbuit. Quid enim pro Christo dicit,  
quod non similiter in causa furis aut latronis vel cuiuscūq; facinoris dici posset, si iudices tumultua  
rie potius quā legitime in eo damnando procedere velint? Ita ergo nobis insufficiendus est Nicode  
mus, ut quid in illo uituperiu, quid ē cōtra laudē mereatur videamus. Atqui vituperio planè dignū  
est, quod cum aliquā habere cognitionis Christi gustū, illis tamen adhērere pergit, quos iuratos Christi  
hostes esse, & aduersus eum dies noctesq; cōsultare sciebat. Nota enim sunt Dei verba, qui suos ē Isaiae 52.  
medio impiorū exire iubet, ne immundū tangant qui ipsius vasa ferunt. Et Christus sui nominis con  
fessionem exigit, & graue minatur supplicium ijs, quos sui & verborū suorum puder. Quam verō

IN EVANGEL. IOANNIS

C A P . V I I .

fidei sua confessionē hucusq; Nicodemus edidit? Vel annon ipsum adhuc doctrinę Christi putat eam profala & erronea exhibili patitur, & ne ministrorum quidem ingenuitate excusat, quam cōmendare ausi fuerant? Neg, hic mīhi quisquam obijicat, multum ex Nicodemo veritatem Christū & cōmūnem fidei causam redisse, cum illius opera concilium illud cruentum dissiparetur. Nam non ex euentu facta hominū estimari debent, cum saepe immanis morū scelerum euentum aliquod & publicum bonum pariat. Quod si fiat, non illorum autiores, sed Dei bonitatis pleniorā nos prædicare decet, qui virtutis quoq; nostris bene veitur, vt ad sui nominis gloria & malorum jaluit faciat, quod à nobis præter officium est factum. Ita in præsenti singulare opus Dei agnoscam quod frigida hac Nicodemus attinacula aliorū sanguinarios conatus interturbauit. Nisi enim sic manum huic negotio Deus adhibuisse, quid aliud obtinere poterat Nicodemus, quam ut Christus in Concilium productus audiretur? Quid rēdō hoc aliud erat, quam veritatis causam hostium misericordia subiçere? Est igitur Nicodemus reprekōnione dignus, neq; eius exemplū quicquam ipsi patitur, qui cūm fidei luce aliqua donati sint, hostiū tamē casta sequuntur, & vi cōmodius tumultuant, superstitiōibus quoq; illiciis interdum sepe pollunt. Interim laude dignū est, quod eximiu & pudore ignobili impeditus hucusque peccauerit, non tamen consentis iniquis & impīis hominibus Christi consilijs, sed occasionem capiat, qua illa interturbet. Hoc itaq; in Nicodemo imitetur, prius omnino discedere nō licet, ne interea peccatis alienis communicent, aut ipsi etiam turpissimā latitatem veritatis causam prodant. At si rem omnem probē expendamus, constat maiori cum proposito coniunctū esse, aliquam inter hostes Christi de se verae fidei suspicionē præbere, quam proficiens fidei publicē facta ab illis discedere. Consultius ergo nihil fuerit, quam illiciō pedem referre, nū carnis rationes audimus, idem nobis quod Petro ad prunas pontificias calefienti contingit, posse quidem fidei & verbi sui semina inter media hostium consortia feruare Deus, vt suo tempore etiū ferant, quod in Nicodemo etiam factum fuisse scimus: At quia quid de nobis futurum sumus, præsenti occasione nos vīi decet, ne dum Dei bonitate ad peccandum abutimur, sedemus in periculum adducamus, & Deum tentando illius contra nos irā provocemus.

Licet unise Cō  
ciliis opponere

Admonem præterea Nicodemi exēplo, licere vt pauci, imò etiā vniū, se conciliorū derū ponat, quae iniqua esse & ad veritatis oppressionē tendere videt. Fecit enim hoc Nicodemus, & maiori cū laude fecisset, si maiori libertate fuisse r̄sus. Fecerūt hoc ipsum ali⁹ multi, qui suā titudine laude immortale sibi acquisuerunt. Elias certe ad monte Carmeli in publicis regnacō nō veritus est solus cum Baalīs sacerdotibus quadringentis & quinq̄aginta congregatis, quorū uox & authoritas tuebatur; & illius factū miraculo colitus edito Deus probavit. Nec multo post eius exemplū secutus Micheas, pseudoprophetis quadrangētis se opposuit, qui Achabō caro bellū molienti fausta omnia prædicabant. Et in Ecclesiastica historia Paphnutius landau, in Nicena Synodo coniugij liberū r̄sum afferuit & defendit, cum pleriq; ecclesiariū ministris ad libatum adigere conarentur. Similis fuit Diui Athanasij constantia, qui cūm ex Imperatori deinde frequentes Synodi cogerentur, quae Nicenum Symbolum corrumpebant aut impugnabant, omnibus tamen illis se opposuit, & in longinquis terris exculare potius voluit, quam imbus Constantini decretis subscribere. Possent huius generis exempla infinita adduci, quae nos in eum sicut obiectum decet, vt ea illorum insolentia & tyrannidi opponamus, qui hodie liberas ciuitates & populos, in florentissima regna, Romanisnum Pontificis Conciliis subiecere conantur, & nimis intolerabile facinus esse existimant, si qui se illis opponunt, & verbi diuini autoritatem Concilii decretis præferre audent. Sed de hac re alibi plura dicentur.

Nunc Nicodemi orationē videamus, qua arguē in ipsis retorquet crīmē, cuius illi imperiū legis insimulabāt, legis ignorantiā nimirū. Num (inquit) lex nostra iudicat hominē, nisi prius audierit ab ipso, & cognoverit quid faciat? Sensus verborū est: Rēs quidē in populo matrē dūmē cognitionē desideratis, neq; infīcior merito execrabilēs cōseri, qui cūm in eius noticie possent pr̄cipere hanc tamē turpiter & impīe negligunt. Sed vobis etiā atq; etiam videntēs erit, ne eadēculam non deprehendatur, si iudicia vestra aliter quam lex Dei iubet instituatis. Atqui lex nostra causa de genere cognoscere, tam parvū quam magnū audire, nec aliquē non audita prīns causa illius docet. Cur ergo vos Christū dammatis, & vt mortis supplicio dignum in vincula trahere conantur?

tim neq; ipsius corām audiueritis, neq; eius causam inspereritis qua decet diligentia? Et hæc quidē de iure administratione Nicodemus bene & satis fortiter pronunciat, quibus si fidei in Christū confessionem addidisset, et illius causam aperte defendisset, nihil in ipso desiderari amplius poterat.

Sunt ergo eius verba probè consideranda iudicibus, ut ex ijs officij sui admoneantur. Vbi primò iudicū officia obseruabile quod dicit: Num lex nostra iudicat hominē? Ad legē ergo illos remittit, ne se liberāt iudicandi potest, ac habere arbitrentur. Videlur autē ad illud respicere, quod scriptura iudicū omne nō hominis alicuius, sed solius Dei esse docet. Quod si obseruent qui iudicis præsident, se ministros modò esse intelligunt, & proinde non sua placita, sed à Deo præscriptas leges sequuntur. Itaq; non legitimi magistratus, sed intollerabiles tyranni sunt, qui sibi omne ius ita vendicāt, ut non vereantur dicere: Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Ceterum ut secundum leges pronunciare posset iudex, pars virag; audiat oportet. Vt ebemēter enim peccant, qui accusatores auribus arrestati & patenti bus audiunt, deinde vero suspicionebus et præiudicis preoccupati, reos audire dignatur: quo typο dīm Apelles iudicē iniquū & caluniatoribus nimis addictū artificiose vultus est. Et merito cōmentatur Alexandri Magni apophthegma, qui cum in iudicio alterā autē obturasset, se illa reo liberam feruare aiebat. Nec tame obiter audiūt sufficiat, sed res ipsas diligenter inspecte, circumstantias oēs cōsiderare, et ita causas expēdere oportet. Est ergo ut iudicis pernicioſa admodū festinatio, qua mul tis sententias præcipit, et cum maximē possent, eamē causas cognoscere nolunt. Sequatur autē causa cognitione sententia que legū autoritate nitatur, & qua cuiq; quod suū est redat. Hæc qui nō obſeruant obſeruant, iij in iudicis publicis nō facile aberrabit, & simul laude merebūt nō vulgarē.

Quid autem Nicodemo hæc dicentes respondent reliqui principes? Num crimen si bi obiectum dilucidū aut facti sui rationē reddunt? Nihil minus, sed amicē monentem cōsilio excipiunt. Num & Sacerdotes Nicodemus es? Ita vero vocabant Christi sc̄latores, adeoq; ipsum Christū, ut propter publicū eius codēnum cōutijs excipiunt futurū infamiam omnibus suspectus et iniuriosus fieret. Et videtur ab his sue pertulante exemplū mutua usq; Iulianus apostata, qui simili protrectio Christū solebat Galileū dicere, quē tamen possea con to vulneratus vicerē fateri cogebatur. Est autē hoc magnū innocentie Christi et sc̄latoři eius testimoniū, quod non alia eis exprobare possunt virulentissimi hostes, quām que nullo cū scelere committunt, et ipsorum potius iniquitatē produnt, quām ut pijs aliquā dignam infamia notā inurant. Ne tamen isti sine ratione Galileos diffamare videantur, argumentū proferunt eiusmodi: Nullus vnguē Galilaea prophetā prodij: ergo Christus hic, cūm Galilaeus sit, prophetā haberi non debet. Et ut efficiacis argumententur, ipsum Nicodemū quasi testem sīstunt. Scrutare (inquit) & vide, quod à Galilaea prophetā nō surrexit. Est tamen argumentū nimis ridiculū, ut mirum sit homines eruditos et exercitatos tam pueriliter hallucinari potuisse. Nam ut verū planē sit antecedens, nun inde sequetur, Deum suam gratiā Galilaea ita negauisse, ut ne in posterū quoq; prophetā aliquis ex illis prodire posset? Sed eiusmodi rationibus nitanter oportet, qui veritatem expugnare volūt, quam nihil magis iniunctū est. Imo quia hæc seipſam tuerur, hoc unum reliquū sit hostibus, ut conuicti & ex vulgo corrisi suspicionebus illā imperitis rerū iniuriam reddant. Ita hodie euangelij hostes odiose nimis gentiū virtus aut veteres gentiū inimicitias cōmemorant & iniurias nominib; suspectos faciūt, quos nullus criminis possint cōvincere. Sunt hi principū & phariseorū islorum socij, nec dubium est quon in ijs Deum peccent, qui in illos quoq; graanter animaduertet. Si enim Solomone teste, qui pauper illudit, factōrē eius probro officie quanto magis, qui patriā & gentem alicui odiose exprobant, in ipsius Deum delinquent, quem omnī genitum creatorē & Dominum esse constat. At hic simul obseruabis, Nicodemū, et si fidem in Christū egregie dissimulauerit, non potuisse tamen colligatum iurum odium atq; conuicta virulenta effugere. Est enim tam impotens apud impios veritatis odium, ut ne minimam quidem pietatis verā spectem ferre possint. Quò sit, ut ferre ob res nullius momenti periculum veniant, qui pro Christi causa & publica salute nihil audendum esse putauerunt. Exempla eius generis hodie paſsim occurruunt, quæ docent, pacem veram & solidam ab ijs sperari non posse, qui veritatis odium semel animis suis conceperunt, & illud souere pergunt. Quare tu; simum fuerit, in unum Deum respicere, & veritati ingenuē arq; fortiuer patrocinari.

Restat totius negotij finis quē paucis verbis Ioānes exponit. Profectus est quisq; in domū suā. Finis Concilij Itaq; unius hominis medijs & disimulatoři inexpectata oratio totius Cōcilij sanguinarios conatus ridiculus.

## CAP. VIII.

## IN EVANGEL. IOANNIS

turbavit, ut post multas altercationes re infecta domum redeant, qui Christum simul cum dilectione impetu expugnaturi videbatur. Elucet in hoc admirabilis Christi potentia, qua hostium vel occulit coercuit, immo eos excaecavit, ut tam leui occasione inter se multo committeretur, qui adesse opprimendū conuenerant. Et sane si hostium potentiam, auctoritatem & dignitatem cum Christus in ignobilis specie conserat, diuinā virtutis hoc opus fuisse patet. Docet autē locus hic, quis sensus sit Conciliorū, quae aduersus Christum & doctrinam eius congregantur. Ludificantur fratres Dno, ut rabi verba quædam inter se commutarent, vel iniurias multus offensi, vel hostium aduentum temere pessis obrepensis metu perculsi dilabuntur, qui sibi certā de Christo & ecclesia eius videntur mitabant. Facili hoc olim non semel, ut veterum Conciliorū historia restatur, & multa huius mīriū a tempore restituti euāgeliū per annos circiter quadraginta vidiimus. Quod si quid impunis mitit Deus, hoc ad ecclesias castigationem & emendationem facit, quae aliqui orto nimio torpore & ratiōnibus infici consuevit. Finis autē periculorū felix & latus est, & his qui Dei diligunt (nihil aiebat) omnia cooperantur in bonū. Simus ergo fortis in Iesu Christo, qui suis nonquam amissis pretioso sanguine suo redemplos pro peculio suo, immo pro fratribus & regni sui cœlestis ueribus agnoscit. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in eternum. Amen.

## CAP V T VIII.

## HOMILIA LXVI.

Iesus autem profectus est in monte olivarum. Et diluculo rufus adiuit in templo, & totus populus uenit ad eum, & sedens docebat eos.

**D**OMINVS et seruator noster Iesus Christus in præcedenti Capitulum sua doctissima posuit, qua omnibus veram & aeternā salutem scientibus fontē gratiae Dei & ipsius in se rno monstrat. Est hac promissio admodum præclarata atq. liberalis, cum quippe ipsum quoad speciem eius externam conserat, ex eo vix tale quid sperari posset. Ideo cam tempore plurimū confirmauit semper, & in præsenti habemus qua ad eius confirmationem faciunt. Dicit enim Ioannes prima huic Capituli parte duo Christi facta, quorū alterum publicum, alterum privatum potest; ex quibus luculenter appetat, ipsum fontem salutis vberimum esse, qui incomparabilis beralitate nobis omnia ea propinat, quae ad vitam veram consequendam necessaria sunt.

Studii Christi  
erga salutem  
populi.

Periculis er-  
cipi non ostien-  
tur.

Et primò quidē assiduum eius studiū exponit, quo publice in populo instituendo ipsiusque rerum diuinarū ignorantia & scētarū diueritas miserè diffiserat, ut instar ouium essent, quae p̄ rem nullū habent, sicuti Matib. cap. 9. amatoriant. Itaq. nocte quidē, seu potius sub vestra amica olivarū Christus exit, partim vi loco cōmodo precibus vacare posuit, partim vero quid in vobis grata & sanguinaria hostiū tuum non haberet. Diluculo autē in vrbē redit, & ad eum confluentem populū in templo publice docet. Est exemplū hoc multa & diligenti consideratione dignū, et quod est in institutione multiuariam seruit. Primum vero obseruabimus, quid cum Concilio adiutorio ipsum congregato non sine magna hostiū suorum confusione finis impositus, et prouide immunitus eo periculi metu sublatus esset, non tamen ignauo otio se dedit Christus, neq; discipulos suos periculum securos esse iubet, sed dies noctesq; suo officio inuigilat, & nocturnū quidē tempus ad multarum in precibus, diem vero in populo instituendo consumit. Imitemur nos hoc exemplū, ut periculis exempli orū sc̄temur, qui fecuri nimis volupatibus illicitis nos addicamus; sed nostre condonis memores assiduis precibus gratiā Dei imploremus, ne ab illo cōcessa pax nobis dannata est. Italis fiat singuli item à Deo cōmissum munus fideliter obire studeant, ut huius ratione illi tempore possint reddere. Peccatur in hoc plurimum hodie, & hac mibi non postrema malorū nostris peccatis esse videtur: quid ut periculis vndiq; feruentibus nimium diffidentes sumus, & impetu murmure Deo obstrepimus; ita si quando ille hostiū consilia turbat, & pacē, quam vix seruabamus, restituuit, mox in effrenem licentia effundimur, & nouis quotidie sceleribus Dei in ampercamus. Quid ergo Dei rigorē miramur, qui aut plagiā assiduis nos mulctat, aut interdum remittit subito iracuit, & nouis plagiā suam severitatem declarat? Christū sequamur, & magis laetiora Dei fruemur.